BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 6. Ch
INKUNABUŁY

H+ 1568
GKW 5609

Leonardi Arretini epiſtole Familiares.

anno 1499.

Leonardo Bruni, nach seiner Vaterstadt
Leonardo Aretino genannt,
Berühmter Humanist. geb 1369. gest. 1444.
studirte in Florenz d. Rechte, Philosophie
1405 päpstlicher Sekretär unter 4 Päpsten
1414 auf d. Concil in Constanz
für sein Hauptwerk Historiarum Florentinarum
Libri XII erhielt er 1416 d. florentin
Bürgerrecht, 1427. Kanzler 1439 Ehrenbürger
Sein Grabmal v. Rosellino in Santa Croce
zu Florenz. — Uebersetzungen griechischer
Klassiker.
Seine historischen Schriften über seine Zeit,
Ursprung von Mantua, von Rom.
auch Lustspiel.
Reichhaltig f. d. Zeit wichtig sind seine
„Epistolae familiares". (Vorstehender
Druck von Thanner. Würzburg 1499.—
Später herausgegeben v. Mehus. Flor 1742.
2 Bde.

LMy 1107

Enthält:

a. Valerius Maximus. Druck Würzburg 1503.

b. Leonardus Aretinus: Epistolae familiares
Druck Würzburg 1499.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
UNIWERSYTETU im. A. MICKIEWICZA
W POZNANIU

834

H* 1568
GKW 5609

Leonardi Aretini epiſtole Familiares. anno 1499.

Leonardo Bruni, nach seiner Vaterstadt
Leonardo Aretino genannt,
Berühmter Humanist. geb 1369. gest. 1444.
studierte in Florenz d. Rechte, Philosophie
1405 päpstlicher Sekretär unter 4 Päpsten
1414 auf d. Concil in Constanz
für sein Hauptwerk: Historiarum Florentinarum
Libri XII erhielt er 1416. d. florentin
Bürgerrecht, 1427. Kanzler 1439 [illegible]
sein Grabmal v. Rossellino in Santa Croce
zu Florenz. – Übersetzungen griechischer
Klassiker.
ferner historische Schriften über seine Zeit,
Ursprung von Mantua, von Rom.
ein Lustspiel.
Reichhaltig u. für d. Zeit wichtig sind seine
„Epistolae familiares“. (Vorstehender
Druck von Thanner. Würzburg 1499. –
Später herausgegeben v. Mehus. Flor. 1742.
2 Bde.

Johānes Honorius Cubitenſis egregio peritiſſimo qꝫ viro Wenzeſlao de Budweiß bonaꝝ artiū et medicine doctori: in inclyta ciuitate Brux phyſico: promotori ſuo vnice obſeruando ſalutē dicit plurimam.

Cum ſuperioribꝰ annis pro tua benignitate in almo gymnaſio lipſenſi nō paꝝ mihi fauiſſes egregie doctor: ne tanti beneficij ingratus accuſarer: cogitaui ſepenumero mecū quonam munere te fautorem ꝓmotoremqꝫ meū optimū ⁊ obſeruandiſſimū honorarem: vt quoniā nihil homine ingrato deteſtabilius eſſe valeat: ſaltem animum bonum et voluntatem apud te teſtatam relinquerem. Itaqꝫ Leonardi Aretini epiſtolarum familiariū opus: quod ex ordinatione venerabilium magiſtrorum de conſilio facultatiſartiū ſtudij lipſenſis hac hyeme explicandū aſſumpſi: dignum viſum eſt quod tibi apprime erudito mitterem: nominiqꝫ tuo labores meos in emendatione earundem epiſtolarum habitos: dedicarem. Complectere igit̄ hilari fronte opus: in quo doctiſſimi huiꝰ viri Leonardi admirabilem eloquētiam: ingenij acumen: verborum copiam maieſtatemqꝫ ſentenciarū intueri licet: quod cum: dato iocūdiſſimo ocio: leges/obſecro me tibi ſemper deditiſſimū eſſe memineris. Vale Liptzik. Anno domini. 1. 4 9 9. vigeſima ſeptima die menſis octobris.

w Poznaniu

1197023

Inc 6

Leonardi Arretini epiſtola rum familiariū liber primꝰ

Leonardꝰ Arretinus colucio Salutē plurimā dicit.

Omam veni ad octauū cal. aprilis. Moxqꝫ
r qꝫ vt primū licuit pontificem adiens: ſalu-
tandiqꝫ cauſa et mei ipſius exhibendi ab eo
perbenigne quidē: ac perhūaniter receptꝰ
ſum. q̄ꝫq̄ꝫ p̄mo ſtati ꝯgreſſu: vbi me aſpexit: nullo ad
huc verbo a me facto: ꝯuerſus ad eos qui ꝓxime aſta-
bant. iunior hic eſt inquit longe q̄ꝫ putarā. Hec prima
vox illius a me audita eſt. Poſt hec ego ꝯſueta venera
tione illū affatꝰ cū eſſem: ipſeqꝫ ꝑpauca quedā reſpon
diſſet: reſumpſit ea que primo aſpectu edixerat. Sūma
ṽborū eius iſta fuit. Officio cuius me gratia euocaſſet
magnū pondus: magnāqꝫ dignitatem ineſſe. Nec litte
ras modo: verumetiā annos efflagitare. Nam adole-
ſcentē ei muneri preeſſe: vix ſatis habere dignitatis. In
te aūt inquit cetera me oīa inuitant. etas dehortatur.
Sꝫ hec alias ꝯſyderare licebit. Ita tūc ab illo dimiſſus
ſum. Plenū erat auditoriū cum hec a pontifice dicebant̄
diffuſuſqꝫ rumor eſt: quaſi ob etatem impedirer digni-
tatē nanciſci. Que vox in ſpem multos erexit. et in pri-
mis Jacobum Angelū familiarem tuū. qui verbū ea de
re prius fecerat nunq̄ꝫ. is nūc acerrime petit. Incendūt
vt audio: illum fautores quidā: ꝑturpe ſibi affirman-
tes: ſi eius qui quadriēnio iam toto in curia fuerit: nul
la ratione habita: ego abſens: ac ſolo nomīe cognitus
accerſor. Preſertim cū ea ſit etate: vt plus q̄ꝫ maturus
huic muneri videri poſſit. Hac ille indignatione percitꝰ
et in ſpem elatus curſitat nunc cū fautoribus ſuis: mul
toſqꝫ hortatores ad pontificē ſummittit. et quod ſuper
oīa moleſtiſſimū eſt: cōparatiōes odioſe ab illis indu

cuntur. Itaqꝫ video fortuna quadā mea fieri: vt cum quo dudū emulo ſtudiis lrāꝝ florentie contendi: cum eodem nunc mihi rome ſit de honore: dignitateqꝫ certandum. Sed meū quidem factū legitimū eſt: ſine cuiuſqꝫ obtrectatōe. Illius aūt conatū n̄ ambigo tibi improbū iniuſtūqꝫ videri. totūqꝫ ex liuore: trāſuerſaqꝫ inuidia ꝓficiſci. Nam ſi locū hunc ꝯcupiuit: cur nō an̄ aduentū meū petierat. Si nō ꝯcupiuit: cur nūc tandē cupit. Difficultatē videlicꝫ meā ſibi facultatē eſſe vult. Pendentēqꝫ me: cui opē ferre oportuit: crudeli inhūanoqꝫ impetu ad ruinā impellere. Ego certe: q̄ꝫq̄ꝫ me nouitas ipſa loci: ⁊ incōſuetudo hoīm: mltāqꝫ ſimul alia ī hac re ꝑturbent: tn̄ non deero ipſe mihi. conaborqꝫ et annitar: vt qui etate me ſuperet: ceteris tamē rebus a me ipſe ſuperetur. Vale rome. 4. non. apri.

Leonardus Arretinus Colucio.

S Cripſi antea tibi de ꝯtentiōib⁹: in q̄s huc ꝓfect⁹ pret̄ ſpem: voluntatēqꝫ inciderā. poſtea hec ſecuta ſunt, Pontifex ob eā quā tūc ſcripſi cauſam ambiguus: differendo: ac ꝓcraſtinādo: neqꝫ reiicere plane me: neqꝫ recipe videbat̄. Fautores aduerſarii: cōpetitoriſqꝫ mei multa ꝯtinue illi ſuggerētes: inſuſurranteſqꝫ: ac moleſte nos inuicē cōparantes: incertiorē indies pontificem reddiderant. Ita menſis totus fere tranſactus eſt. Tandem vero ꝯtentiones: et lites: et aduerſariorū iactantie cōparatiōeſqꝫ ille moleſtiſſime cum finē habuere: vt nō modo non grauiter ferendū: ſed optandū etiam fuerit: et precandū illas aduerſus me interceſſiſſe. Nam cū ferueret maxie id certamen: ac ſumma iam ſpe aduerſarii tenerent̄ littere ad pontificē ex gallia venerunt a duce biturigenſiū. Res q̄ de agebat̄: grauiſſima erat: et maxia ipſarūqꝫ lrāꝝ longa: et elaborata ſeries. Ad has cū reſpondere pontifex accuratius vellet: ex cardinaliū ſententia: mihi cōpetitoriqꝫ meo negotiū mandauit. quaſi in hoc ipſo vtriuſqꝫ noſtrum iudiciū facturus. Hic ergo le

tatus mihi occaſionē preſtitam cū illo: vt optabam in cōparationē veniendi: reſcripſi vt preceptū fuerat. Bi duoqꝫ poſt ↄſtituto tēpore: mee illiuſqꝫ littere pontifici patribuſqꝫ recitate ſunt. Quibus lectis q̃ztum intereſſe viſum ſit: neſcio. Illud tm̄ ſcio: fautores illius: qui tā arroganter illū mihi preferebant: aperte iam confiteri ſe falſa nimiū opinione ductos erraſſe. Pontifex certe ipſe mihi ſtatim gratulatꝰ. reiecto illo: me ad officiū digni tatemqꝫ recepit. Hec tibi reſcribere feſtinaui: vt ſiquam forte ſuperioribꝰ ex litteris moleſtiā ſuſcepiſti: eam nunc tandem tota re cognita om̄ino deponas. Vale.

¶ Innocentio pape linus colucius ſalutatꝰ.

p Oſt humilem commendationē: et pedum oſcula beatorum. Neſcio cui magis gratuler ſanctiſſime in chriſto pater: et domine vere ſucceſſor Petri: vniceqꝫ vicarie ieſu chriſti: tue ne ſanctitati: an filio tuo dilecto Leonardo Arretino: quem in tuū a ſecretis nouiter aſci uiſti. Letor equidem et exulto ꝙ talis ſeruitor acceſſerit: quali tua ſanctitas indigebat. Non ꝙ bonos: et indu ſtrios non haberes: ſed quoniā quotquot tibi boni con tigerint vel dominis aliꝭs: in quorū manibꝰ orbis terra rum ē: ſemper pluribus egeretis. Letor igitur: et exul- to ↄtigiſſe talem beatitudini tue ſeruitorē etate iuuenem corpore validum: aſpectu gratū: ſcientia clarum: elo- quentia ſingularē: latinis excellentem: litteris peritum nō mediocriter grecis. quodqꝫ ſup oīa precioſum eſt in tegra fide: et ſingulari bonitate preſtantē. De quibus quidem om̄ibus: licet pleraqꝫ videas: et om̄ia forte per ceperis: ego tamen tibi verax et fideliſſimus teſtis ſum. Cum eñi ipſum iamdiu recepiſſem in filiū. et ipſe ſe totū conuerſatiōe domeſtica mihi dederit: totū agnoſco: to tumqꝫ diſcuſſi. Nec me poteſt in aliquo tanto tempore latuiſſe. Continua et nobis ſtudioſa ↄſuetudo fuit. Et cum de cūctis: que cōponerem iudex eſſet: et ego ſuarū rerum arbiter verſa vice nos mutuo: ſicuti ferro ferrū

acuitur : exercebamus . Nec facile dixeri : et ex hoc dul-
ci et honeſto cōtubernio vter nrm̄ plus profecerit . vter
qꝫ tamē eruditior euaſit : vt fateri oporteat mutuo nos
nobis fuiſſe viciſſim diſcipulos : et magiſtros . in quoꝝ
memoria dum hec ſcriberem: nimis cōmotuſſum : cum
me ſentiam tali ſocio : taliqꝫ preſidio deſtitutū . Maxia
quidem certitudine de quacunqꝫ re amborū conſentiret
auctoritas : tenebamur . Nunc aūt nec habeo quid do
ceam : nec etiā a quo diſcam. Sed hec ſatis. Tuo quidē
cōmodo : et honore ſuo mea decet incōmoda poſthabe
re. Jamqꝫ ad Leonardū noſtrum ꝓ cōcluſione reuerta
tur oratio . Habes virū aptiſſimū rebus magnis : viꝝ
fidelem : et integre cōditionis et mentis. Scio quid loq̊r
et qđ chriſti vicario verū loquor . Quamobrē hortor :
et opto vt tue clementie : et humanitati charus ſit . et
eum cum expertus fueris : pro meritis ſuis honorabis :
quem vix cognitū honoraſti . Cui quicquid fides et de-
uotio mea meretur: accedat ſupplico . me quidem in ip
ſo : cū plus quā dimidium anime mee ſit reputabo ſi-
cut honorauerīs honoratū. Et hec ſatis . Spero quidē
ſine meis : et aliorum ſuffragijs benignitate tua: et vir
tute ſua gratiam ſine meritis debitam in tuis ſanctita-
tis oculis reperturū . Pro honore autē ſuo : et quia ſibi
talis ꝯtigit dominꝰ : qualē poteſt: immo debet quicūqꝫ
ſeruire maioribꝰ ſe diſponit optare ſtatu ſummū: benig
nitate conſpicuū: natura mitem : munificentia largiflu
um : mente intelligentiaqꝫ preſtantē : quiqꝫ neminē na-
ſo ſuſpēdit adunco : vt Flaccus ait : gratulor tota men
te . ſpero quidē virtute tua : et ꝓbitate ſua videre ſcien-
tiam: quod rariſſimū ſit : ꝓ meritis honoratā. Vale pa
ter ſctiſſime . Sunt q̄ putēt me tibi illa p̄ma epiſtola diſ
plicuiſſe . Quod et ego vererer : niſi ꝙ te nihil rn̄dendo:
ſuaſi mihi te leſum a me in aliq̊ non putare . Nec hūili-
tatis eni nec benignitatis eſſꝫ ꝑcere: vel lenit tuā celſitu-
dinē offendenti . Florentie octauo idus ſextiles .

Liber primus.

Leonardus Colucio Salutato.

e T ſi ſciam que tu nuper de me ad pontificē maximū ſcripſiſti: ea om̄ino vera nō eſſe: tn̄: fatebor enī ingenue cupiditatē animi mei gratiſſima mihi illa quidē et acceptiſſima fuere. Tanti enī facio iudiciū tuū vt: vel vnius epiſtole teſtimonio: vniuerſos obtrectatorum impetus: quib9 neſcio quo meo fato: vbicunq; ſim: carere non poſſum: facile me facturū eſſe confidā. Nam tu ſic om̄ia in meam laudē cōplexus es: vt null9 iam maleuolis ad me carpendū relinquatur locus: niſi plane iudicio tuo voluerint cōtradicere. Quanq; neſcio mi iucundiſſime Coluci: mihi ne tuis ampliſſimis atq; ornatiſſimis v̈bis laudato: an tibi q̄ illa ſcripſiſti plus laudis ex illa tua epiſtola prouenerit. Nam laudes quidem meas ex teſtimonio tuo homīes crediderunt. tuas autem ſuis: vt ita dicam: oculis intuiti ſunt. Lecta eſt enim epiſtola tua pontifici: cum multi honeſtiſſimi viri vtriuſq; ordinis adeſſent: et nonnulli romane eccleſie cardinales. Quam cū attentiſſime: et ſummo cū ſilentio totam audiſſent: om̄es tandē vno ore ad te laudandum: extollendūq; conuerſi ſunt. Te doctiſſimū: te eloquentiſſimū: te virorū optimū predicabant. Mouebat eos: vt mihi videbatur: grauitas: atq; ornatus orationis tue. ſed ſuper omnia illa ingens atq; incredibilis charitas: quā te habere erga me pfacile tuis ī litteris apparebat Que quoniā ex vero animo: et ſimplici quadā bonitate pficiſci videbatur: mirum in modū vniuerſis placebat. Itaque aſpiciebant me om̄es: quaſi teipſum cernerent. Et ſtudia illa atq; exercitationes noſtras: in quibus tu: ceu ferro ferrum acuiſſe nos dicebas: mente volutabant: applaudebantq; amicicie: et familiaritati noſtre. nec poterant me non aliq̄d eē putare: quē tu tanto ſtudio laudare nō dubitaras. Ex tuis ergo litteris effectū video: vt ſiqua exiſtiatio erat iā de moribus ingenioq; meo apud hoīes ↄſtituta: ea nō ſolū ↄfirma

ta ſit: verumetiã accumulata. Quod ſi vnicũ bñficiũ abs te accepiſſem: agerẽ nũc tibi gratias multis v̈bis. Sed ſunt tot ac tam ampla: q̃ in me ꝯtuliſti: vt ſi v̈bis ſatiſfacere veli: exiſtimand⁹ ſtultiſſim⁹ ſim. Itaq̃ nõ agã tibi gratias: ſed ſp̄ habebo. Referã v̈o libenti aĩo ſiquando facultas dabitur. Litteras aũt tuas: quarũ exemplũ ad me miſiſti: reddẽdas eſſe nõ cenſui. Nullo enĩ mõ faciendũ mihi viſum ẽ: vt ſimultas iam ſopita et obliuioni tradita: refutaret̃. Nam ſi malo aĩo in me eſt: ſatis in eo punitur: q̄ de me quotidie audit: et vidz multa: que ip̄e nollet. Illud etiã: quod ĩ pricipio ſcripſiſti: eum añ om̃es fuiſſe poſtulatũ: omni ꝓfecto caret veritate. Nunquã enĩ: hoc ego exploratiſſimũ habeo: poſtulatus aut petit⁹ aut requiſitus fuit. niſi forte poſtulationẽ vocat: quorundã amicorũ ſuorum exhortatõẽs: vt eũ locũ petere vellet. Qui tñ quantũ errarent: paulo poſt declaratũ ẽ: cũ ipſe ꝑ ſe: ac ꝑ amicos petens nihil om̃ino preter repulſam: obtinere potuerit. Vale.

Leonardus Colucio Salutem.

a D litteras tuas accuratius reſpondebo: cũ plus ocĳ nactus fuero. Nunc iſta vulgaria tranſigã. Primũ video q̃d moneas: et ſequar conſiliũ tuum. nec quicquã p̄termittã. Pro religioſis vero illis: q̃ ſe in galliam transferre cupiunt: dabo operã: vt q̃zcito ad te diplomata ꝑferant̃. De ſitu vrbis rome: ſi turbatiões ꝑmiſerint: cito vt ſpero te cõpotẽ reddã. Saluũ redĳſſe Bonifaciũ nrm̃ mihi gratiſſimũ eſt. De Salutato aũt curabo diligent̃ vt ita fiat quẽadmodũ fieri poſtulas. Nos ſum⁹ hic ꝯtinent̃ i armis. atz eo fit vt min⁹ opere adhibere queam. Tanta eſt enĩ romani populi incõſtantia ac ꝑuerſitas: null⁹ vt quieti relinquat̃ loc⁹. Heri añ lucẽ egreſſi vrbe romani cũ quibuſdã auxiliarib⁹ regĳs poteſtatẽ miluiũ occupare certarunt. Turrim ſuper eo poteſtate nr̃i cuſtodiunt: ne q̃s inuito põtifice tranſire poſſit. Vehement̃ ibi aliq̃t horis pugnatũ eſt. Tandẽ

noſtris laborantib⁹ ſtudio miſſi equites: romanos in fugam vertere: paucis interfectis: frequentib⁹ vulneratis. Illi in vrbē reuerſi ſolita temeritate in capitolio ꝯſiſtūt multitudinē ꝯuocant. Feſtus erat dies. Plebs ocioſa: et vino calēs ꝯcurſat. Sumunt rapti arma. vexilla ꝓmuntur. Ad oppugnandas pontificis edes ire ꝑgunt. Noſtri contra inſtare: parare tela: cohortari: inſiſtere expectare forti aīo populi impetū. ante molē Hadriani que male pacata nobis ē: vallū iacere. Nox deniq̄ certamen diremit. Ea nocte vigilie ꝑ totam vrbem facte. Neſcio quē finem res ſit habitura. Tu gaude. et ſiquid de ipis habes: me certiorem face. Vale.

Leonardus Colucio Salutem. P. D.

Superioribus diebus ad te ſcripſi quis eſſet ſtat⁹ rerū noſtrarū. Deinde hec ſecuta ſunt. Ad viij. idus auguſti romani quidam ciues ad pontificem venere gratia: vt aiebant: diſcordiarū componendarū. Ii poſt multa in auditorio agitata: cum re infecta domū redirent: paulo ſupra molem Hadriani inuadunt. Capti ex iis: nam ceteri in ipſo impetu dilapſi: euaſerāt. ad Ludouicum pontificis nepotē: cuius iuſſu capti fuerāt adducuntur. Ibi cū multa eis exprobarent de perfidia in pontificē de oppugnatiōe pontis miluij recentiſſime tētata: de inſidiis occultis: de corruptela regis. illiq̄ reſpondentes pleraque a ſe recte facta defenderent: exarſit ira iuuenis: ac retundere ora gladio cepit. Deniq̄ oēs .xi. trucidati ſunt: ac poſt cedem ex feneſtris edium precipites dati. Inter hos duo fuerant ex vij. viris: q̄s ad gubernandam rempublicam romanus. po. creauerat Ceteri autem. viiij. ex primariis ciuib⁹. et quod dolendū eſt: nōnulli ex iis q̄ has moleſtias inferri nobis ꝓ moleſte ferebāt. Huiuſce aūt rei cū celerit fama ꝑ vrbē vulgata eſſet: itur ꝯfeſti ad arma. cōplent oēs adit⁹ clamorib⁹. ⁊ vociferatōib⁹ oīa reſonabāt. Ego paulo añ fidu

cia eorū ciuium : qui ad pontificē venerant : flumē trāſ
greſſus : in vrbem ieram . Itaqꝫ mox audito tumultu :
recipere me ad noſtros propero . Cetera igitur vrbis di
menſus : cum ad pontē Hadriani perueniſſem: armato
rum ingentē cateruā : qui aditum occupauerant: offen
do. Stabat ferri acies mucrone coruſco : ſtricta parata
neci . quod ego ſimul ac ꝓſperi: auerſo celeriter equo : in
primū angiportum deſilio : ac mutata veſte: pedes me
turbe admiſcens : ſtationes armatorū incognitus per-
tranſeo. Vix me digreſſo : miniſter quem cum equis reli
querā ab armatis oppreſſus ē . et equi veſteſqꝫ abducti
Mihi vero poſtquā ad noſtros ꝑueni : primū ſpectacu
lum fuit ceſorum aceruus. Iacebant enim media in via
ſanguine fedati et magnis vulneribus confoſſi. ſteti hor
rens luſtrauiqꝫ oculis oīs quoſdā etiam ex iīs mihi no
tos recognoui . Inde ad edes pontificis ire pergo . Ille
miro dolore agebatur . Res .n. tota eo inſcio tranſacta
fuerat . Vir pacificus et mitis : a cuius lenitate nihil eſt
qđ magis abhorreat : q̄ꝫ cedes: et humani ſanguinis ef
fuſio. Meſtus ſeſe ac fortunā deplorabat ſuam : oculos
ad celū tollens : quaſi deum inuocaret ſue erga populū
ro. innocentiae. Pontifex igitur circa hoc intentus : nec
quid ageret: nec vbi cōſiſteret: pre nimio dolore ſciebat.
Circumſtantiū aūt varie erant ſententie . Aliī abeundū
confeſtim cenſebant . nec impetum po. ro . tam inſigni
ter leſi : irritatiqꝫ expectandū. Eſſe inſuper haudprocul
ab vrbe regias copias : quas pro ro. ſtare non ambigu
um erat . Aliī nullomodo abeundū : ſed obſidionē tole-
randa Auxiliaqꝫ ex amicis oppidis accerſenda cenſebāt.
Erant etiā : qui poſtera : vel altera die abeundū puta-
rent : vt ſimul colligendarū reꝝ ſpatium eſſet : ſimul vt
non fuga : ſed migratio illa videretur. Duo erant aditꝰ
quibꝰ ex vrbe roma ad nos ꝑuadi poſſet. Vnus ꝑ pote
ſtatē : cui moles Hadriani ſuꝑ impoſita eſt. Alter trans
tiberim : et ianiculi collē. Ad molē Hadriani : qm̄ de fide

eius qui arcem tenebat dubitabať: ſtationes mõꝝ militum oppoſite fuerãt. valloqꝫ et aggere in modũ caſtrorum munite ad ianiculũ menia erant nõnullis ĩ locis vetuſtate collapſa. Hec q̃ʒ loca armatis cõplebant. Reſiſti ſine dubio poterat ↄtra om̃eʒ populi vim. Verũ qꝛ cibaria paucorũ admodũ dieꝝ aderant: et regie turme nobis infeſte aduẽtare nunciabanť: vicit eorũ ſentencia qui ſuadebãt eueſtigio abeundũ. Igitur ſarcinas colligere: et ĩpedimenta cõponere nr̃i ↄtendunt. quod vbi ꝑ anguſtia tp̃is factũ eſt. primũ equitũ turma vna. deinde ĩpedimenta: pediteſqꝫ ꝓficiſcũtur. Poſt hos pontifex cũ curialium turba. Extremũ fuit equitũ agmen: qui aliq̃ intuallo ſecuti: vt ſiqua immineret a tergo: repellerent. Supererant quattuor diei hore: cũ vrbe egreſſi ſumꝰ. Profecti nõ ſine magno tiore: circiter ſecundã noctis horã ad vicũ ceſianũ. xij. milibꝰ paſſuũ ab vrbe ꝑuenimꝰ. Ibi ꝑ eã noctẽ cõmorati: poſtridie prima luce caſtra mouimꝰ: et circiter ſextã diei horã ſutrium ꝑuenimꝰ. Sutrini multitudĩe extra portas diffuſa: pontificem alacri vultu receperũt. In hac vrbe: quod reliquũ erat diei: ac ſecutam noctem cõmorati poſtera die viterbiũ ↄtendimꝰ. Res quidẽ ita geſta ẽ. Nos vt ſpero aliq̃t menſes viterbij manebimꝰ. Hec tibi ſcripſi leuiter febricitans. Marcus familiaris tuus ſaluus ẽ. Vna eni nobiſcũ ex vrbe aufugit. Quantũ ad eũ ſpectat: dabimꝰ operã: vt quemadmodũ fieri mandaſti: ita fiat. Vale. e viterbio.

¶ Leonardus Colucio Salutem plurimã dicit.

q Veſiſti ex me an Hectoris nomẽ aliud ſignificet: quã Priami filiũ. et q̃d Miſenus: Eoluſqꝫ deſignent: quibuſue lr̃is ſcribi debeant. De quibꝰ ego vix q̃c quã certi r̃ndere poſſum: cũ libros hic habeam nullos. Sed quantũ mẽoria tenere videor: Hector idẽ ſignificat quod defenſor: ſiue tutator. Sic eſt eni apud Platonẽ ĩn eo libro: q̃ inſcribitur de noĩe. Docet ibi Plato hec eoꝝ

nomia non eſſe vera . Sed pleraqꝫ eoꝛū a poetis cõficta
vt Hectoꝛem quidē appellatū dicit : qꝛ vrbem tenuerit :
patriãqꝫ tutatꝰ ſit. Aſtyanacta vero qꝛ cū Hectoꝛis fili
us eſſet : ad eū ſpectabat imperiū vrbis . Aſti eni grece :
vrbs ē . Anax impatoꝛ . Inde Aſtianax dictus a viris :
Nam mulieres inquit Plato Scamandꝛiū appellabāt.
Remote eni a ciuilibꝰ offitijs nõ dignitatis nomie voci
tabant filium Hectoꝛis : ſed ꝓpꝛio. Agamemnonem dic
tū qꝛ tolerantiã habuit in bello. Aga quidem nimiū eſt.
Memnon aūt tolerans. Adraſtum qꝛ rē nõ confecit the
banam . A eni pꝛiuatio ē tam apud grecos : quã apud
nos. Dꝛao aūt facio. Vnde Adꝛaſti nomē eſt factū. Id
etiam magis in Hyppoliti noie apparet . Cum eni hyp
pos equus ſit : Lio aūt diſcerpo. et ab his nomē ipſum
manifeſtiſſime hyppoliti conficiat : quis non intelligat
id quidē nomē ab euentu fabule inditū fuiſſe. Multa pꝛe
terea docet Plato in eo ipſo libꝛo: ꝑ q̄ non ſolū res finx
iſſe poetas oſtēdit : ſed etiã noia effinxiſſe. De Eolo aūt
et Miſeno nihil habeo : quod referꝛe poſſim ex alicuius
auctoꝛitate . Miſenus tñ ſignificare põt odioſum . Eo
lus aūt victū : et putridū. hec tibi dicere poſſum : in qui
bus ſi tibi ſatiſfacio : bene eſt . Si non ſatiſfacio : incõ
moditatem libꝛoꝛum accuſa . Vale .

Leonardus Colucio Salutem P . D .

n On ſatis conſpicuū tibi factū innuis: qđ ſupioꝛi
bus ad te lrīs de Hectoꝛe ſcripſi . petiſqꝫ et vñ id
nomen ductū ſit : et quõ apertius explicari . et ſimul ad
mirari videris : ſi id pꝛimeuum ñ ſit : ꝟ poſtea ab euētu
quodã illi viro tributū : vt apud nos Toꝛquati : et Cin
cinati : et Aphricani . Ego aūt exiliter : poꝛro : ieiuneqꝫ
reſcripſiſſe : nõ inficias eo. Sed accidit hoc pudoꝛe quo
dam : ꝙ ad te hoiez ea etate : auctoꝛitateqꝫ hiſce de rebꝰ
ſcribens : q̄s tibi notioꝛes eſſe puto : quã mihi : veritus
ſum ne obtundere aures: ineptuſqꝫ fierem : ſi ꝓlixius in
ijs oñdendis fieri cõmoꝛatꝰ. Itaque velut admonuiſſe

et tanquā digito monſtraſſe contentꝰ: non vltra expli-
cui. Sed q̄m illud tibi placere intelligo: parebo equidē
voluntati tue. Et quod tunc ꝓperatio abſtulit: nunc
moꝛa reſarciet. Pꝛimū igitur de Hectoꝛe nō dubito quid
id ſit. nō ꝓpꝛiū nomen: ſed a poeta fictū: vt etiam ne
qꝫ de Aſtyanacte: neque de hyppolito dubitari poteſt.
nam ⁊ Aſtyanactis aliud nomē ab ipſo poeta didicimꝰ
Scamandꝛiū: et hyppoliti: quē fabula tradit turbatē
diſtractū equis. Nomen hoc ip̄m ita deſignat: vt plus
quā manifeſtū ſit: ab euētu fabule fuiſſe impoſitū. Nec
vlla ſane admiratio vel tibi: vel alijs eſſe debet: ſi a po
etis fingantur nomia: cū res ip̄as fingere illis ꝑmitta-
mus: quas ꝯſtat minus eſſe in poteſtate noſtra ſecun-
dū naturā: quā nominū ipoꝝ impoſitiones: pꝛeſertim
cum iuſta quedā ratio nuncupandi. vt eſt in his ipſis.
que ſupꝛa memoꝛauimꝰ. Hectoꝛis eni filiū: qꝛ ſpe ſucce
ſſionis: quaſi deſignatꝰ quidā rex opiniōe hoim habe
batur: Aſtyanax a poeta dictus eſt: adeo ꝙ fictum no
men p̄ualuit vero: vt Scamandꝛius quid fuerit: nemo
ſciat: Aſtyanacta vero om̄es cognoſcant. hyppoliti q̊ꝫ
nō dubito: ſi modo quiſ q̄ꝫ is fuit: qui Theſei filius ab
equis diſtractus fertur: aliud nomē fuiſſe: quod poſtea
ab hoc ficto: et aduentitio obſcuratū deperijt: vt iā ni
ſi Hyppolitū nemo intelligat. Eadē ratio de Hectoꝛe ē:
quod et ipſum a poeta fictū apparet: dictū aiunt ab eo
q̄d vrbem tenuerit. Quod qꝛ non ſatis clarū tibi videri
ſcribis: conandū eſt lucidius aperire. Tale eni aliquid in
telligi volo: quale ē virgilianū illud. In ſumma cuſtos
tarpeia manlius arce. Stabat pꝛo templo: ⁊ capitolia
celſa tenebat. Tenere .n. hoc in loco tueri eſt: et defende
re. Ab hac itaqꝫ ſignificatōe tractꝰ ē Hectoꝛ. Nā
grece: teneo eſt. Inde Hectoꝛ verbale eſt nomen ex eo il
li tributū: q̄d is ſolus patriā tenuerit contra grecoꝝ im
petum. Pateſcere iam arbitroꝛ quid ipſe intelligā. Nil
tn̄ vetat enodatius explicari. A poeta eni ipſo ſiquis in

hunc modū querat. Dic mihi Homere tu apparatꝰ gre corum tantos facis: vt mare quidē claſſibꝰ: terra autē incredibili armatorū multitudie cōpleat. Conueniunt re ges cuncti: et pceres ad troiā oppugnandā. Obſident illam: atqꝫ circūſtant. Quis ergo aduerſus tantā vim tenere vrbem poterat. In hunc modū ſiquis roget: reſpondebit poeta. Filius erat quidā Priami regis: maxi mus natu. Is dux et imꝑator incredibili virtute contra tantā grecorū manū troiam tenebat. Atqꝫ eam ob rem: eum hec in poemate deſcriberē: hūc ipſum admirabilē: preſtantēqꝫ virū a tenendo Hectorē nuncupaui: nomen qꝫ a re fingēdo ꝑtraxi. Quotiens ergo de Hectore ſcribo: totiens de eo: qui vrbem tenebat: ſentio. Nec multum admodū intereſt Hector dicat: an is qui vrbē tenebat. Hec igitur ſi poeta dicat: liquidiſſimū erit: quod requi ris. At enī inquies non ſolus Hector tenebat troiam con tra tantos hoſtiū conatꝰ. quo pacto .n. id poſſet. Sed et alij cū eo ꝑplurimi troes. et licij. et dardanij cominus pugnātes. immo ſolus ſi Homero credis. Quodam enī loco ſui carminis cū Hectoris mentionē feciſſet: quaſi ra tionē huius afferret: ita ſubiunxit. Solus enī hic ſeruabat vrbem: ⁊ menia longi Ambitus. et alio loco inquit: Solo ſtabat hectore troia. Nec tamen in hoc ipſo men titum putes Homerū: quia ſolū dixerit. Nam imꝑator in exercitu: vt Ariſtoteli placet: mētis atqꝫ animi inſtar habet. Milites vͦo qͣſi mēbra quedā ipſius: et inſtrumē ta ſunt. Vt igitͬ neqꝫ pes: neqꝫ manꝰ: neqꝫ dolabra face re opus dicunt: ſed artifex: cuiꝰ iuſſu illa mouent: ita in bello non militū: neqꝫ exercitꝰ: ſꝫ ducis: imꝑatoriſqꝫ o pera ſunt. Imꝑator vͦo erat Hector. Non ergo ſuplatione: neqꝫ iactantia Homerꝰ de Hectore locutꝰ ē: qꝛ ſolū hunc dixerit troiam ſeruaſſe. ſed philoſophia plenus di uina qͣdā intelligēcie vi: ex archano veritatꝭ iſta decerp ſit: laudes in re militari: ac res bello geſtas imꝑatori: et duci: hoc ē rationi et ꝓuidētie totas aſcribens. Vale.

¶ Leonardus Salutem dicit Nicolao.

e T ſi ego mi nicolae prius quoqꝫ vehementẽ amabã
platonẽ tuũ : ſic enĩ placet mihi appellare illũ : ꝓ
ꝙ tu aduerſus indoctoꝝ turbã oĩ tpe pugnaſti tñ ex quo
hũc dialogũ eius latinũ facere incepi : tãtꝰ mihi beniuo
lẽtie cumulꝰ acceſſit : vt nũc amare ipm videar : pus ãt
ſolũmodo dilexiſſe. Caue enĩ exiſtimes ꝙcꝙꝫ oĩno reperi-
ri poſſe : quod aut ſapientius ſcriptũ ſit : aut facũdius.
Quod ꝙdẽ ego nũc magis quã antea intelligo : cũ ob cõ
uertẽdi diligentiã ſingula eius viri dicta vndiqꝫ ꝯterã :
atqꝫ olfaciã : neceſſe ẽ. Gratias igĩt Colucio prĩ ac pcep
tori meo grãs ago : ꝙ iniungẽdo hoc mũere tm̃ mihi bñ
ficiũ attulit. prius enĩ Platonẽ dũtaxat viderã : nũc vo
etiã : vt mihi videor : cognoui. Cuius ego libros : ſi ali-
quando abſoluero : et latinos quemadmodũ cupimus :
effecero : ne tu mi Nicolae quicquid adhuc legiſti pre il
lius viri maieſtate contẽnes. Eſt enĩ in illo plurima vr-
banitas : ſummaqꝫ diſputandi ratio ac ſubtilitas. vber
rime diuineqꝫ ſententie diſputantiũ mirifica iucunditate
et incredibili dicendi copia referunt. In orõe vo ſumma
facilitas : et mltã atqꝫ admirãda : vt greci vocãt.
Nihil ẽ enĩ inſidiationis nihil violenti. Oĩa ſic dicta
ſunt : quaſi ab hoĩe : qui verba atqꝫ eoꝝ leges habeat in
poteſtate. ipſa optima ac ditiſſima natura. omnes ani-
mi conceptꝰ ſumma cũ facilitate : venuſtateqꝫ exprimũ-
tur. Eiuſmodi quidẽ apud grecos ẽ Plato : quẽ ego niſi
apud latinos ꝙqꝫ talẽ oſtendero : aperte ſciant illũ meo
vitio deteriorẽ factũ. nec ſe Platonẽ legere putẽt. ꝭ meas
ineptias. Veꝝ ego laboraturũ ꝙdẽ me : ne id cõtingat :
polliceor. pſtaturũ vo nõ polliceor nõ enĩ auderẽ talia
de meipſo polliceri. Illud certe tibi : niſi fallor : pſtabo :
vt Platonẽ tuũ ſine moleſtia legas. Addo etiã vt cũ ſum
ma voluptate legas. Quod : vt puto : neqꝫ a Chalcidio :
neqꝫ ab hoc altero : qui bñ atqꝫ grauiter nomẽ ſuũ ſup
pſſit : adhuc tibi preſtitũ ẽ. Sꝫ illi forſan alia via ingreſſi

ſunt: ego aũt alia. Illi enĩ a Platone diſcedentes: ſylla bas et tropos ſecuti ſunt. Ego autẽ Platoni adhereo: quẽ ego ipſe mihi effinxi. et quidẽ latine ſcientẽ: vt iudi care poſſit: teſtemq; eum adhibebo traductiõi ſue. atq; ita traduco: vt illi maxĩe placere intelligo. Primo igitur ſententias omnes ita conſeruo: vt ne vel minimũ quidẽ ab illis diſcedam. Deinde ſi verbũ verbo ſine vlla incõcinnitate: aut abſurditate reddi poteſt: libentiſſime om niũ id ago. Sin aũt non poteſt: nõ equidẽ vſq; adeo ti midus ſum: vt putẽ me in crimen leſe maieſtatis incide re: ſi ſeruata ſentencia: pauliſp̱ a verbis recedo: vt de clinem abſurditatẽ. Hoc enim ipſe Plato preſens me fa cere iubet: qui cum elegantiſſimi oris apud grecos ſit: non vult certe apud latiuos ineptus videri. His ego fre tos niſi qđ tibi pollicitus ſum effecero: non recuſo equi dem quominus in piſtrinũ dedar. Sed hec ſatis. Ora tionem in qua laudes florentinorũ ꝯgeſſi: laudatio flo rentie vrbis inſcribi placet: eamq; vt Colucius videat curabis. Vale. non. ſeptẽbris. Ex villa Lenzanichi.

¶ Leonardus Salutem. D. Panagatho.

n Eſcio quibus verbis: aut qua orõne vti queã ad hanc immenſam animi mei leticiã: voluptatẽq; exprimendã. Tanta eſt enĩ magnitudo gaudiĩ: vt om nia verba leuiora: frigidioraq; videantur. Redditꝰ eſt mihi fraẗ amicꝰ comes familiaris ſocius ſtudiorũ pariẗ ac voluntatũ: atq; inde redditus eſt vnde redditionem eius iã planiſſime deſperarã. A duriſſimo carcere: a tru lentiſſima beſtia: a manibꝰ immanis tyrãni: qui nocen tum et innocentum cedibus pariter inhiabat: mihi red ditus eſt. Ab hoc tam crudeli: tamq; ſeuo portento me us dulciſſimus ac ſuauiſſimus Panagathus ſoſpes in columiſq; euaſit. Abijt meror: ceſſauit afflictio: receſſit animi aſſidua egritudo. Neque enĩ mihi poterat eſſe q̃c quam dulce: dum is amicus: quẽ ego plus q̃ dimidiũ animi mei ſemp̱ putavi: ĩ ſqualore et carcere iniuſtiſſi-

me tenebat. Ah q̃s ego dolores : q̃s erũnas ꝑpeſſ⁹ ſum.
Quotiẽs deos atq̨ aſtra crudelia appellaui. Quotiẽs iu-
ſtitiã dei culpaui: q̃ tliã ſufferret. Sz inq̃t ille. Lento q̃dẽ
gradu. Iã enĩ ñ ſolũ ex liberatõe tua leticiã capio : verũ
etiã ex ruina h⁹ nouiſſimi Phalaridis: q̃ mihi in imẽſuz
accumulat gaudia. Sz hec ſatis. Nũc ṽo mi dulciſſime
atq̨ ſuauiſſime Paganathe. ſic enĩ te magis appellare iu
uat. Nã tãtundẽ ſ̃cat: ⁊ min⁹ hz aſperitatꝭ. vt vnquã
antea te amaui. ita etiã nunc amo. et vt de tua iniuſtiſſi
ma captiuitate ſummũ dolorẽ accepi: ita de tua iuſtiſſi-
ma liberatõe ſummã capio voluptatẽ. Et q̃m in hoc lo
co poſit⁹ ſum: ꝑſcrutare q̃cq̃d curia hz romana. ſi q̃d ẽ
q̃d vſui tibi exiſtĩes : mihi notũ face. ego q̃cq̃d mea opa
ſtudio diligẽtia efficere poſſuz : i tua ꝑtãte totũ ꝓfiteor.
Vale. ¶ Leonardus Salutẽ dicit Nicolao.

p Ergata mihi fuit diligentia tua : q̃ libros ad me
feſtiue indutos miſiſti. ſiue illos Cerberus : ſiue
Radamanthus ornarit: belliſſime habent. Id tamẽ ad
miratus ſum q̃ ſine tuis litteris venere. Pontifex cũ vni
uerſa curia paulopoſt receſſurus eſt ad vrbem. Ego iã-
pridẽ te vocaſſem : cognito deſyderio tuo videndi romã
Iter enĩ hoc mediũ confeciſſes nobis comitibus atq̨ ſo
ciis. quod certe voluptati : vt opinor : tibi fuiſſet. Verũ
ita producta res ẽ vſq̨ in hanc diem : vt i ambiguo fue
rit verbis ne dũtaxat : an re vera iter eſſet futurum. Pro
fecto contra atq̨ fieri ſolet : in hac deliberatione noſtra
euenit. Non enim maior pars meliorem vicit : ſed me-
lior eadẽque maior a minore atq̨ peiore ſuperata eſt. In
gemiſcente enim curia viterbio abimus paucorum cupi
ditate ambitioneq̨ compulſi : et romam vadimus ad
homĩes preterq̃z magnifice quondam a nobis offenſos
ingenio quoque ac natura ad res nouas proclives. Nec
om̃ino pacata eſt vrbs. Nam intra menia ipſa molem
Hadriani hoſtis habet. obſeſſus quidẽ. attamen habet.
Qua de re non bene a prudentibus viris video augura-

ri. Nos vt cunqꝫ tandē res ſunt: bono animo erim⁹. De Colucio autem noſtro: quo me vertā neſcio. Scripſit enim nuper ad pontificē commendationē de me amplam ſane ac luculentā. Ego ſtatim perhumaniter ac verecunde illi per meas litteras de hoc ipſo multis verbis gratias egi. Nec pretermiſi ſuperiora eius beneficia. Nihil deniqꝫ abfuit quo minus illi in beniuolentia inſigni etiam cum gratitudine reſponderē. At ipſe quaſi vereretur: ne homines ex illa commendatione ſua pluris me facerent q̄ꝫ ſat eſſet: ſecundis continuo litteris mirabilem palynodiam cecinit. Nam cū ad eum: quaſi ad parentem queſtus eſſem: qđ febriens nec vina: nec medicos: nec aliud quicq̄ꝫ egrotantibus aptū in hac vrbe reperiſſem: arrepta hinc occaſione quaſi ip̄e Zeno: aut Diogenes eſſet: me vt inſanū lacerare cepit: qđ videlicꝫ afficerer erga corporis voluptates. Vtinā he voluptates inimicis ꝓueniant meis: vt quotidiana febre eſtuātes: vina: et medicos requirant. Nam humanius erat mecū pro noſtra amicicia: ipſum quoqꝫ: ꝗ ĳs carueri doluiſſe. Sed omittamus. Ego .n. ad eum reſcribens: cum plane ſtomacharer: ad hoc ipſum reſpondere nolui: veritus ne ſi reſpondere cepiſſem: impet⁹ me vltra: q̄ꝫ vellē corriperet. Itaqꝫ eam tranſgreſſus partē: alia quedā leuia: que inepte quidē eius epiſtola continebat: non abſqꝫ aculeis quibuſdā inſectatus ſum. et hoc ip̄m feciſſe me penitet. Nam tolerare honeſtius fuit: quacūqꝫ mente id agat: preſertī cum parentis eū loco habueri hactenus: et habiturus ꝑpetuo ſim. Vale. 5. idus Martĳ. 1. 4. 6.

¶ Leonardus Nicolao Salutem.

i Nuitus equidem: quod tibi iam ante ſcripſi: romā redieram. magis tn̄ inuitus abſcedo. Iuuabat .n. quecūqꝫ eſſet rerū conditio: vna cum reliquis eādem fortunā ſubire. At iminentib⁹ copĳs hoſtiū: et creſcente indies metu: pontifex me auxiliorū conuocandorꝫ

cauſa: in picenū et gallicum agrū dimittit. Qua in re cetera ſunt moleſta. illud tamen me iuuat: ꝙ te videre ante reditum ſpero. Vale. Rome. 8. idus aprilis.

¶ Leonardus Nicolao.

h Eri cum arimino ꝓficiſcens: ceſenam verſus cō tenderē: nunciatus ē mihi obitus Colucij noſtri optimi: ac ſapientiſſimi viri. Quo ego audito ita mente concidi: vt poſt longū ſpatiū vix me recipere valueri O me infelicē: qui tali parente orbatus ſum. Atqui ego pontifex cū me in hāc legationē dimitteret q̄ꝫq̄ꝫ iter erat moleſtum: tñ̄ ea de cauſa id munus ſuſcepi: ꝙ ſperabā: idq; cum eo pepigeram me cōfecto negocio florentiam venturū: et aliquot dies voluptatis cauſa apd̄ vos moraturum. nunc vt video: non ad voluptatē: ſed ad luctum venturus ſum. Nam quō ſiccis oculis plateam illam: quō publicas edes: et templa florentie vrbis potero intueri: in quibus cū illo preſtantiſſimo viro ſum diutiſſime conuerſatus. Quomodo te ceteroſq; familiares conſpicere: quos nō inmerito lugere cōiecto. Sed finē ſcribēdi faciā. Impedior.n.lachrymis. Volo aūt vt me Bonifacio: ac ceteris filijs: itēq; Joanni nepoti totum offeras. Cū.n.pat̄ illorꝫ mihi ꝓ parēte fuerit: decēs ē vt filios ip̄os ꝓ fratribus colā. vale. 4. idus maij. Ex mutiliana. 1. 4. 6.

¶ Leonardus Nicolao.

ſ Tatueram ad te nihil ſcribere: anteq̄ꝫ romā rediſſem. ſed cū Laurentius Cremonenſis vir ꝑfamiliaris et ſtudioſus tui hodie mihi occurrens: nunquid ad te vellem rogaret: nolui ip̄m om̄ino vacuū dimittere lr̄arꝫ mearū. Scito igitur me iā multos dies viterbij cō moratū. Nam iter ſic infeſtum latrocinijs: et hoſtilibꝰ incurſiōibꝰ fuit: vt tuto trāſire poſſe deſpari Nunc vo qm̄ inducie q̄dā cū hoſtibꝰ facte dicunt: licebit iter arripe: quod faciā hodie vt ſpero. Ex vrbe roma ꝓlixius ad te ſcribam. Vale. ij. cal. iulias.

¶ Leonard⁹ Salutē dicit Antonio Grāmatico.

r Em ſupuacuā poſtulare videris: et actū: quod ē
ↄtra ꝓuerbiū: agere. Nā cū i tanto ↄuētu hoim:
tātaqꝫ celebritate ex mādato pontificꝫ ſentētia dicta ſit
nihil om̄ino relictū puto: de q̊ quis ſup ea re iure poſſit
ambigere. Quanq̄ꝫ et anteq̄ꝫ iudicaret: eiuſinōi erat hec
veſtra diſceptatio: vt nulli: qui mō aliq̄d legiſſet: non
ridēda illa queſtio videret. Eteni q̄s niſi oino rudis: et
ab oī doctrīa penit⁹ alien⁹: dubitandū putaret: q̄d de
natura: aut de ſignificatōe alicui⁹ verbi tenendum ſit:
quod videat apud excellētiſſimos latine lingue auctores
quēadmodū ꝑcet: frequētiſſime declaratū. Om̄es q̄ i ar
te grāmatica vnquā ſcripſerūt: q̊tiens de ſignificatōe v̄
bi: vel ↄſtructōe dubitandū ē: ad doctiſſimoꝝ viroꝝ ſcri
pta ↄfugiūt: atꝫ ex illoꝝ vſu q̊ pacto nobis vtēdū ſit: fir
miſſime tradūt. Quid eni p̄ſcian⁹ ceſariēſis i libris ſuis
aliud docꝫ: q̄ꝫ quēadmodū eruditi hoies latinis v̄bis ſīt
vſi. Hoc eiuſcemōi ē. quāobrē. ſic eni Cicero i Prothago
ra. Sic Plaut⁹ in aſiāria. Sic Lucan⁹ in ſexto. Nonne
cū ex iſtoꝝ aut ceteroꝝ auctoritatib⁹ ↄfirmauit: et ſibi:
et ceteris ſatiſfeciſſe arbitrat̄. Idē apud grecos facit Ari
ſtarchus. Idē ceteri oēs: q̄ hāc artē tractauere. et recte.
Cū eni arbitriū vis et norma loquēdi penes vſūꝫ ↄſiſtat
q̄s efficacius q̄ꝫ doctiſſimi: et elegātiſſimi hoies: ⁊ i dicē
do marie cōprobati pn̄t de hoc vſu teſtimoniū ꝓhibere.
Indoctoꝝ eni corruptela: nō vſus loquēdi appelland⁹ ē
ſꝫ abuſio. Cū igit̄ legam⁹ faſtidiētis ſtomachi ē. Et rur-
ſus. oluſcula: q̄ nūc Squalid⁹ i ligua faſtidit cōpede ſoſ
ſor. et inuenies aliū ſi te hic faſtidit alexis. et celeſtes diui
tias faſtidire. ⁊ Si ſciret regib⁹ vti faſtidiret olus: q̄ me
notat. et milia huiuſcemōi apud ꝓbatiſſimos auctores
ſcripta q̄d iā relinquit̄: quod de natura aut ſignificatōe
huius verbi faſtidio: niſi cum ſummo audientium faſti
dio diſceptari poſſit. Si apud vnum dumtaxat ex ijs:
quos ſupra mēorau: hoc verbū ſic ↄſtructū repiret: tū

propter auctoritatē ſcribentis ꝓbandū cenſerem. Cum vero apud oīes eodē modo repiatur: quis niſi ſtultus et arrogans iam improbabit. quod ſi nullā rōem inueniremus: cur ita diceretur: tamen ipſe vſus excellentiū virorū pro rōne eſſet habendus. Nunc vero cū preterq̄ꝫ ꝙ oīes hoc mō viderem⁹ locutos: etiā ratio eiuſdē ſit: cur ita dicatur: nullus oīno repugnandi relictus ē locus. Nam cū faſtus elationē animi ꝑ deſpectū ſignificet: clarum eſt illū faſtidire: qui ꝑ huiuſmōi faſtū aſpernatur: et deſpicit. Non igiẗ carnes faſtidire te poſſunt: cum inanimes ſint: nec in illis cadat huiuſmodi elatio Aliud eſt enī faſtidire: aliud faſtidiū parere. Parit enim faſtidium res: que me ꝑ ſaturitatē: vel aliū quēuis modum ad aſperuandū inducit. Ipſe vero anim⁹: qui aſpernatur: et quaſi ab ea re ſe contrahit: et quodāmodo abhorret: faſtidire dicitur. Sic Coridonem Alexis per faſtum idest ꝑ elationē animi faſtidiebat. Sic. C. Marius. L. Syllam faſtidiuit queſtorem. Sic qui ſciret regibus vti faſtidiret olus. Quod nōnulli parum intelligentes: nec ſubtiliter diſcernētes: iſta duo confundunt: preſertim cum vulgari conſuetudine loquēdi mentē nequeant auocare. Sed certe vt ei qui recte edificare velit: lapides ad filum regendi ſunt: non filū ad lapides: ſic ei qui recte loqui curat: non intellect⁹ ad verborū ſtruem: ſed ſtrues ipſa verborū ad intellectum eſt referenda. Hac igitur ratione ⁊ ſimul ſuperiorū auctoritatib⁹ motus te victorem in hac cō trouerſia iudicaui: atqꝫ hodie etiam iudico: et aduerſariū illum tuū: qui te veſtigia: auctoritateſqꝫ antiquorū imitantē: min⁹ cōgrue loqui contēdit: rudem atqꝫ improbandū eſſe dico. Vale.

¶ Leonardus Nicolao.

m Itto tibi exemplū eius epiſtole: quā me ꝑ tuas litteras flagitaſti. Ridebis opinor legens. ſed longe magis riſiſſes: ſi ſtultitiā. ro. po. duob⁹ grāmaticis fauentis cōſpexiſſes. Cōmiſerat. n. mihi pontifex: cū iam

ad ipm ſtudia partiū nō ſecus ac ſeditio quedā vrbana pueniſſet: vt cauſa p me cognoſceret. Faſtidioſus ego iu dex fui. et cū faſtidio de faſtidio diſceptaui: illorū faſtidiens ineptias qui per faſtidiū veram ſententiā faſtidiebant. Vale. Rome. cal. auguſti.

Leonardus Nicolao Salutem.

n Egocia Lupi nri: de quib9 ſignificari tibi iam ſepius me p tuas lrās monuiſti: ſcias plane his pximis dieb9 eē ɔfecta. Poſtulatio eni que mihi illius noie tradita fuerat: nobis depcantib9: p pontificē admiſſa eſt. de quib9 ad ipm ſcribo latius. Que littere vt ei reddātur curabis. ꝙ aūt de Colucij laudatione ſignificari tibi poſtulas: pcedit ſane opus ſatis: vt mihi videtur: luculente. Verꝫ quia inſtitut9 ſic fuerat ſermo: quaſi in ipſius viri funere ſecundū antiquū morē eiuſmodi haberi videatur oratio: ſepe mecū ambigo: an preſtet totā dicendi rōem ſic mutare: vt fictionē in re: preſertim ſeria euitemus. Nec lachrymis et lamentatōibus ei tēpori cōgruentib9 impediamur multaque relatu digna forent referre. Tempori vt noſti inſeruiendū eſt. Nec iucunda triſtibus ſatis ɔcinne admiſceri poſſunt. Itaqꝫ ſi rōeꝫ dicēdi mutauero: videor paulo ampliorē campum ad dicendū habitur9. Nam qd de plixitate orōis me admones: idē mihi quoqꝫ placebat: ſicqꝫ inſtituerā. Sed nihil fas eſſe duco te a me celari. Amic9 eni ad amicū loquor .i. ipſe ad me. Stamia ipa et fila neſcio ob rei ipſius: de qua agitur: vel ingenij: vel vtriuſqꝫ ſimul paupertatē mirifice me deſtituunt ad id: quod exorſus fuerā pterendū. Atqꝫ vt ego nūc video: et vt tu clamare plerunqꝫ ſoles nos plane hoc tpe homunculi ſum9. Quibus et ſi magnitudo animi nō deeſſet: materia certe deeſt ad nominis atqꝫ glorie amplificatiōeꝫ. Marcū claudiū Marcellum ſiracuſe capte: nola defenſa: Hānibal repulſus: et multis ſecundis plijs ſuperat9: ɔſulatus. v. pcōſulatus. ij. Ceſus dux hoſtiū: et opima feretrio Ioui ſuſpēſa ſpolia:

triūphus: et ouatio celebrē reddunt. De. M. Portio Catone Sylle trucidandi ꝯsiliū: tribunatꝰ militū: erariū purgatū: theſauri cypro deuecti: ꝯtentōes tribunitie cōtiones infeſte: repulſa ꝯſulatꝰ: pretura vrbana: ciuile bellū: ferro ꝑus: deiñ manu īpetita viſcera latā ad ſcribendū Ciceroni nrō pſtiterūt materiā. Ageſylai vō: quē laudat Xenophon: Herculis poſteritas: lacedemonis imperiū: magnifice res geſte: innūerabilia ꝑ aſiam greciamq₃ trophea: puellaris verecundia: et ꝓbata ꝑ omnem etatē caſtitas memorat̄. Poſſum infinitos pene referre de noſtris: ac grecꝭ illuſtres viros: quoꝝ latiſſime ſunt res geſte diffuſe. Nos aūt hodie q̄₃ in anguſto verſamur. Quid eni nunc referā: Aut quid dicā: Magiſtratus ne in vrbe: vel extra vrbem geſtos. at me q̄₃ magnifici ij magiſtratꝰ ſint: valde penitet. An res bello geſtas Apud potiole credo memorabilē editā pugnā: aut tu legere poteris abſq₃ riſu: aut ip̄e ego: ſi cōpos mentꝭ fuero: deſcribere audebo. Cōtentōes populares nulle ſunt leges plate nulle. decreta etiā nllā. Mores dūtaxat: et humanitas ſupeſt. Tū in illis ip̄is: niſi aliq̄ inſignia liberalitatis: hūanitatꝭ: prudentie: ſeueritatis: ꝯſtantie: ſupra ꝯſuetudie₃ egregij: ac rari exēpli edita faciora extēt: ſatis copioſe laudari nō pn̄t. Vniuerſi q̄dē generis laus parū h₃ momenti: niſi ad ſingularia deſcēdis. Singuria vō q̄ admirabilia videri pn̄t: niſi ſint egregia ⁊ rara velut Fabij ſubuētio ꝓ ſalute Minutij ab hoſte circumuenti. Quo vno facto ſummꝰ ille ip̄ator tres marias victorias ꝯſecutꝰ eſt. Vicit eni ſeip̄m. Vicit inimicū. Vicit hoſtē. velut Marcelli hūanitas: et magnitudo animi. q̄ faſces depoſuit ꝯſulares: vt accuſatoribꝰ ſyracuſanis apd̄ ſenatū ꝯquerētibꝰ par eſſ₃. In ijs at₃ huiuſmōi laudādis ꝑus me herclē charta at₃ atramentū mihi deforet q̄₃ orō. Nos vō q̄d ſilē: aut par. q̄d egregiū: aut admirabile: pret̄ ſtudia ⁊ lr̄as. Itaq₃ me ī illis iactabo īmodice: ⁊ tū cetera diligēt̄ ꝑq̄rā: ⁊ colligā: q̄ ꝓlixitas ipleat̄. Vale.

Leonardi Arretini epiſtolarum Familiarium Liber ſecundus.

¶ Leonard⁹ Frãciſco prĩcipi Cortonenſiũ S.P.D.

m Arie delatã ad te famã de Innocentiȷ̃ morte: nõ equidẽ admiror. Quippe et hic apud nos in loco ipſo: atq̃ adeo in ipſis edibus quibus ipſe diem obiȷ̃t: varia variȷ̃ ſuſpicãtur opinãturq̃. Plena eſt eni maleuolorũ curia. Aliȷ̃ cõfeſtim putant: que vellent mala. Aliȷ̃ ꝑ calumniã: et q̃ non putant: diffundunt. Mihi vero q̃ztum ex iȷ̃s: que aſperi iudicare licet: nequaquã dubium ẽ illũ natura interiſſe. Quid eni aliud putẽ de homĩe: qui et ſupra ſeptuageſimũ etatis annũ: et valitudine fracta: ac miſera fuerit: Neq̃ eni nunc primũ vis morbi in illo: ſed iampridem erupit. Nam preterq̃z ꝙ pedib⁹ eger: et lateris dolore nonnunq̃z cruciabat̃: bis apoplexia: quod quidem ſcierim: correptus ẽ. Rome prius leuius: deĩn viterbiȷ̃ grauius: cũ in auditorio ſederet. Quo quidẽ in loco: niſi aliquot familiares circa illũ fuiſſem⁹: qui accurrentes ſuſcepim⁹: ſpectante multitudine: de ſella in caput voluebatur. A nobis tunc in cubiculũ relatus: ſemianimis plane: atq̃ elinguis nõ niſi longa difficiliq̃ medicoꝝ cura demũ euaſit. Si id eſt euadere mortẽ differre Per martiũ inde menſem romã regreſſus q̃zdiu eſtas calorẽſq̃ fuerunt: nõ improbe ſe habere viſus eſt. Vrgente mox in hyemẽ anno: rurſus corruit: atq̃ interiȷ̃t. Illud modo interfuit: ꝙ prima illa viterbienſi egrotatõe linguam ſic impeditã habuit: nihil vt exprimere nõ ridicule quiret. In extrema vero iſta: qua defunct⁹ ẽ: nullũ lingue impedimentũ apparuit. Preterea in prima illa difficilis et moroſus: in hac ꝑfacilis ac ꝑhũanus. Quatriduo añ obitũ eius tabellarios florẽtini populi: qui captas tunc primũ piſas attulerant: in cubiculũ ad eum ꝑduxi: cum quib⁹ ita ꝓſpere ſoluteq̃ locut⁹ eſt: nullo vt

premi morbo videret. Tanta vero pacientia et hũanita te: vt pedē ex lodice nudũ pferret: q̄ illi oscularent. Interijt aũt rome apd̄ baſilicā vaticani. corpuſq; ei⁹ poſt funebrem pompam in eadē baſilica ſepultũ eſt. Vale.

¶ Leonardus Franciſco pricipi Cortonenſiũ S.P.D.

q Vod flagitas vt ad te ſcribā de actis noſtris: eſt mihi quidem non ſatis ocij ad ſingula exaranda. Attamen percurrā que magis cognitu digna videbant. Poſt Innocentij mortē: funuſq; de more illi peractum: longa patrũ deliberatio fuit: ſupſederent ne electōe: an alium in demortui locũ pontificē crearent. Faciebat vero dubitationē q principes galliarũ: quorũ: vt ſcis: populi diuerſa ſectantur: pontificē ſuum: quē Benedictũ vocant: ſtrictis pmiſſionib⁹ adegerunt ſeſe abdicaturũ eſſe: ſiue cardinales noſtri mortuo pontifice ſupſederēt electōe: ſiue pontifex ipſe itē ſe abdicaret: q̄ vtriuſq; collegio in vnũ conueniente: vnica indubitati pontificis ſequeretur aſſumptio. Sancta certe puiſio principũ galliarũ: et a cunctis fidelib⁹ merito cōmendanda. Neq;.n. finem vllum inueterati ſciſmatis ſperare licebat: ſi de iure diſceptaretur: preſertī cum preter deũ iudicem ea cauſa nullũ haberet. In hac igitur conſultatiōe: cuius tu et cauſas et reſpectus iam cernis: occupati patres: quid vtiliſſimũ eſſet haud facile ſtatuebant Propterea qd̄ in ſupſedendo: et ſeditionũ metus: et longior tpis dilatio: et fruſtratio aduerſarij et huiuſmodi multa timebantur et in eligendo voluntas eius: qui aſſumpt⁹ eſſet: formidabilis videbatur. Vicit tandē eorũ ſententia: qui eligendum quidē pontificē ſuadebant: ſed validiſſime obligādum: quo aduerſario ſe abdicare volēte: ipſe quoq; pōtificatũ dimitteret. Ea mente iā conclaue ingreſſis: ſupuenit Joannes Dominici a florentinis orator. Huic poſtulanti contra ɔſuetudinē: feneſtella conclauis aperta eſt. et alloquendi patres facultas pmiſſa. Sũma orōnis eius iſta fuit. Miſſum ſe a florentino populo vt patres

dignitate ĩ ciuitate pñt. Uniuerſa hec ciuitas ĩ duo gene ra diuiſa ē. alij. n. ſunt equeſtris generis: alij plebei. Ple bei mercaturis: et officinis intēdunt. Equites veteribꝰ patrionijs ↄtenti: redditibꝰ alunt: et equeſtrē dignitatē obſeruāt. Si q̃s plebeius ditior factꝰ ad equeſtrē locū ꝑ uenire tentaret: ei nullo mō licere putāt. Nec nobilitas q̄ in eo ꝓphanari: et pollui dignitatē ſuā arbitrat: hoc eū facere ꝑmittit. Ita ꝑ longa tpa vſq₃ ordo ĩ ſuis finibꝰ ↄſiſtit: cū eq̃tes ad mercaturas: et ſordidiora mune ra decliare ĩ turpiſſimis ſit: plebeio aūt ad equeſtrē dig nitatē ſe attollere nullo mō liceat. nec nobilitas patiat. Gubernatio tñ reipublice cōmunis eſt plebeis ⁊ nobilibus. Valē.

Leonardus Poggio S.P.D.

Allendis ipſis Januarij: dū vna cū Nicolao nrō c mulierū caterua: q̄ apud templū ↄuenerat: ex cō ſuetudie viſeremꝰ lrē tue idibꝰ decēbris ↄſtātie ſcripte no bis reddite fuerūt: vno at₃ eodē faſciculo alligate. eas cō feſti: poſthabita viſendi cura: ad ĩpas tēpli valuas Nā intꝰ q̃dē tenebroſius erat: cū ꝑlegiſſem: iucunditate ma gis et ſalibꝰ tuis exhilaratꝰ ſum: q₃ rex ĩpax: q̄ a te ſig nificabant ↄfuſiōe ꝑmotꝰ. Et ſi lōga inceſſerit mora: vt non maturitatē iā rebus: ſ₃ putredinē ſane debuerit attuliſſe: tñ quo longius dilatus ē: eo celerius finē expe cto. Moleſtiſſimā tamen eſſe tibi hanc nimiā tarditatē nequaquam admiror. Nempe ex moleſtia mea qui hic in meo ſedens lectulo: expectando diſcrutior tuā: et alio rum qui iſtic vt vere dicam: tabeſcitis: ſepe metior: anx ietatem. Qua quidem in re prudentie fuerit tue: ita vt te facturū ſcribis: tolerantiam adhibere. Senatū vero nihil ↄſuli: timere multa: mihi moleſtiſſimū ē: doleoq₃ ⁊ ĩdignor hmōi dignitatē hoīes ĩ hūc ↄtēptū eē dilapſos. Dij vos reſpiciāt. q₃q₃ vereor mi Poggi: ne illox magna ꝑs hec ĩpa: ⁊ grauiora ĩſuꝑ ob ſuꝑiora q̄ referre piget: er rata merito atq₃ optīo iure ꝑpeti videat. S₃ hec alias:

et ſepe corã. Nunc aũt non mei ſolũ: ſed et tui: ad quẽ ſcribitur: rationẽ puto mihi habendã eſſe. Fecem piceni agri: atqꝫ flaminij i poſſeſſiones nrãs ſcribis impetũ feciſſe. O rem acerbã. Quid ergo poſthac nõ timendũ.

Jungentur iã gryphes equis: euoqꝫ ſequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damme.

Ego preter hos: et lunaticos expecto. q̃d ſi fiat: video plane integrã legionẽ. Quod me mones ne ꝑperẽ: recte atque ex officio arbitror te feciſſe. Et ſi. n. patria: dom⁹ familia: quemadmodũ debent: me plurimũ oblectant tñ dulciſſima recordatio curie: et tot amicorũ familiaritas ſic interdũ mouet animũ: vt omib⁹ poſthabitꝭ aduolare cupiã. Contra hos itaqꝫ animi mot⁹ tuũ oppo nam ꝯſiliũ. Atqꝫ vt ij: q̃ ad certã horã expergiſci volũt ſi nemo vigil obſeruet: nec dũ poſſunt quidẽ: ſolicitudo animi q̃eſcere ꝑmittit. Sin aũt obſeruet q̃ſpiã: ſecuri capiunt ſomnũ: ſic ego cõfiſus pollicitatiõe tua: omnem ſolicitudiẽ animi repellã. Nec niſi te vocãte: tẽp⁹ ſurgendi adeſſe putabo. Qđ aũt de reb⁹ meis certior fieri poſtulas: ego ad ſtudia id refero. Vereor equidẽ ne inſanire ceperi: ea ſcribere aggreſſus: que ſupra meas ſunt vires. Exegi librũ meũ eumqꝫ ꝑgrandẽ: in q̃ lõgo diſcurſu multa que ad hiſtorie noſtre cognitionẽ ꝑtinent: explicaui. Habet varietas delectationẽ. cognitio vero etiam vtilitatẽ. Sed tantus ẽ labor in querendis: inueſtigandiſqꝫ rebus: vt iã plane me peniteat incepiſſe. Inſuper vt tu nuꝑ i gallia orationes duas. M. Tullij: quas noſtra ſecula nunq̃ꝫ viderant: tua diligentia ꝑquiſitas repiſti. ſic ego nuꝑ aretij epiſtolã quandã eiuſdẽ reperi: quã te nunquã vidiſſe certo ſcio. In ea non ſine ſtomacho Tullius noſter Petrarce reſpondet. Vale et me ama. Preterea. d. cardinali florentino et piſano: et placentino me cõmenda. Iterum vale. iiij. nonas ianuarias. M. cccc. xv.

Leonardus Poggio Salutem.

I vales bene eſt ego quidē valeo. Legi apud Ni
ſ colam noſtrū litteras: q̄s de hac vltia ꝑfectione
ac de inuentione quorundā librorū ſcripſiſti. Nec tm̄ de
ijs: ſed et de optia ſpe: quā ꝑ ceterorū adeptione ſuſce
piſſe te video: letandū exiſtio. Erit ꝑfecto hec tua glo-
ria: vt amiſſa iā ac ꝑdita excellentiū virorū ſcripta: tuo
labore ac diligētia ſeculo noſtro reſtituas. Nec ea res ſo
lum nobis grata erit: ſed et poſteris noſtris. i. ſtudiorū
noſtrorū ſucceſſoribꝰ. Neqꝫ enī ſilebunt iſta: nec oblitte
rabuntur. ſꝫ extabit mēoria hec dudū longo interuallo
ꝑdita: et iā plane deplorata: ꝑ tuā induſtriā recupera
ta: ac reſtituta nobis fuiſſe. Vtqꝫ Camillus ſecundus a
romulo cōditor dictus eſt: ꝙ ille ſtatuit vrbē: hic ami-
ſſam reſtituit. ſic tu oim que iam amiſſa: tua virtute
ac diligētia nobis reſtituta fuerint: ſecundꝰ auctor: me
rito nuncupabere. Quare te hortatū: oratūqꝫ maxime
velim: ne in hoc preclaro opere deſideas. ſed erigas te:
atqꝫ inſiſtas. Nam rei pecuniarie tenuitas: ne tibi im
pedimento ſit: noſtra iā hic ꝓuidentia erit. Atqꝫ in hac
inuentione tua ſcito maius lucrū factū eſſe: q̄ꝫ tu ſenti-
re videaris. Quintilianꝰ enī prius lacer atque diſcerptꝰ
cuncta mēbra ſua per te recuperabit. Vidi enī capita li-
brorū. Totus eſt: cū vix nobis media pars: et ea ipſa la
cera ſupeſſet. O lucrū ingēs. O inſperatū gaudiū. Ego
te o Marce Fabi totum integrūqꝫ aſpiciā. Et quāti tu
mihi nūc eris: quē ego quāuis lacerū crudelit ora. Ora
manuſque ābas: populataqꝫ tpa raptis Auribus: et
truncas ihoneſto vulnere nares. Tamē ꝓpt decorē tuū
in delicijs habebā. Oro te poggi fac me quā cito huius
deſiderij cōpotem: vt ſiqd humanitus impendeat: hūc
prius videri: quā e vita decedā. Nam de Aſconio qui-
dem: et Flacco: licet vterque placeat: tn̄ nō vſque adeo
laborandū exiſtio. Quorū ſi neuē vnquā fuiſſet: nihilo
fere minꝰ latinitas haberet. At Quitilianꝰ rhetorice pa
ter: et oratorie magiſter eiuſmōi ē: vt cū tu illū diuturno

ac ferreo barbaroꝝ carcere liberatū huc miſeris : oĩes
etrurie populi gratulatū ꝯcurrere debeant. Miroꝛq; te
et illos q̄ tecū erant : non ſtati in hūc manꝰ auidas inie
ciſſe. ſed leuioribꝰ ꝑſcribendis hūc poſthabuiſſe. Quem
ego poſt Ciceronis de republica libros plurimum a lati
nis deſyderatū : et pre cunctis deploratū affirmare au-
ſim. Pro ximū ē vt te moneā: ne in ijs : q̄ hic habemus:
tēpꝰ teras : ſ₃ que nō habemꝰ : cōquiras. Quorū maxie
Varronis et Ciceronis opa tibi propoſita ſint. Vale. et
me ama : ac Mediolanenſi : arretinoq; p̄ſulibꝰ me com
mendatū facias. Florentie idibꝰ ſeptēbris. 1.4.16.

¶ Leonardus Corrino. Salutem.

Vltiplices amoris cauſe mihi tecū ſunt : et ſingu
m le. ni fallor. pondus habentes. Quarū illā pro pa
trie honore principē dixerim : ꝙ nos vna atq; eadē ciui-
tas tulit. Id ṽo quanti ſit : et extiari oporteat : tibi eru
ditiſſimo viro ſcribēs : nō aggredior explicare : ne te for
te qui iſta multo melius noſti q̄₃ ego : docere voluiſſe vi
dear. Nec illud ſane omiſeri : ꝙ maiores tui: vt et in legi
bus : et in ceteris publicis monumētis intueri licet : ita
eminentiſſimi fuerunt ciues : vt ꝓpenſiorē beniuolentiā
apud nos: poſteroſq; noſtros mereant̄. Tu q; eorū pre-
ſtantiā aſſecutus : eū dignitatis gradū tuis virtutibus
meruiſti: vt ad patriā quoq; gloria tua redundet. Acce-
dit ad hec maximū ꝓfecto vinculū ſtudiorū noſtrorum
vnanimis ꝯiunctio : ꝙ ego in ijs hūanitatis ſtudijs de
lectatus ſum : in quibus tu nō mediocriter excellis: et fa
miliaritates principū ſecutus : quibꝰ tu etiā : q̄ ſumme
gaudeo: floruiſti. Illud q̄₃ me plurimā mouet: qđ ab e-
gregio adoleſcēte poggio Terranouano familiariſſimo
et amātiſſimo mei dudū ꝑcepi : quanto honore ipſum :
cum ad vos acceſſiſſet : vel ſolo meo nomie fueris ꝓſecu
tus. Cui etiā diuerſoria mihi ſplendidiſſime parata: qđ
illuc venturū putabas : domi tue oſtendiſti. Poteſt igit̄
non ſummꝰ amor erga te mihi exiſtere : cū q̄ et tot vir-

cula intercedunt efficaciſſime coniunctionis : et ꝓpenſiſſi ma erga me cōſpecta affectio. Hec ſcripſiſſe nunc libuit ne forte me ex taciturnitate mea : ea que ſunt : ignorare ꝯiectes : intelligaſq; te habere hoiez amantiſſimū tui : et ſine exceptiōe deditiſſimū tibi. Atq; ego plura ſcribere ea q̄z de cauſa ſum adduct⁹ : qd nobilis vir Franciſcus Brandalia ꝯterranens noſter : meo ac ceterorū amicoꝝ non hortatu mō : ꝟ impulſu ad te venit vir : vt ex longa familiaritate veriſſimū afferre teſtimoniū valeo oim optimus : ac nulla ex ijs virtutibus carens : que nobilē decent virū. Cauſa v̄o impellendi fuit : qd eius virtutes ocioſe ſeneſcere : ac nihil agendo deficere : interireq; dolebamus : preſerti cum res familiaris nō ampla illi ſit : et magne familie onus. magni etiā ꝓ tuenda dignitate maiorū ſumptus incūberent. Eū igitur tibi ita cōmendo : vt nihil magis me vnquam cupiturū eſſe exiſtimes Ego : ſi res eccleſiaſtica nō penit⁹ obruta : ac diſſipata eſſet : te hoc onere vel liberaſſem om̄ino vel ſubleuaſſem Cum v̄o in eo ſtatu ſit : quē vides : tuū erit munus hūc ciuē nr̄m tuo fauore ad aliquē locū ſuis virtutibus dignū apud tuū principē ꝓmouere. Quod vt facias : te etiam : atque etiam rogo. Vale. Florentie.

¶ Leonardus Salutem dicit Felici.

l Atior mihi ad ꝓuagandū campus oſtenditur : ſi amico tuo viro eruditiſſimo reſpondere ꝓlixius veli. Miratur eni ſeu potius querit : ſi Ciceronis genus in tulliū volſcorū regē : vti ego in vita eius ꝓſcripſi : referatur : cur aut Saluſtius humilitatem generis illi obiecerit : aut ipſe Cicero reſpōdens : hanc originis ſue excellentiā conticuerit. Nā ignoraſſe quidē ſui generis ꝓmordia virū oim doctiſſimū : et antiquitatis curioſiſſimū : veriſimile nō eſt. In his igitur vnū videt̄ queſitū. ſunt aūt plura. Non ſolū.n. verū ne ſit de genere ſcriptū qd ad hiſtoriā attinet : ſed et dicēdi ratio poſtulare videtur : qd totū rhetorice ē. Reſpondeo itaq; ad oia. ꝟ breuit̄ q̄

dem ne oſtentare magis ipſe me q̃ȝ ſatiſfacere poſtulati voluiſſe exiſtimer. Primū igitur in Tullum volſcorū regem Ciceronis originē referri: nō ego ipſe ex me: ſ̄ ꝓbatiſſimos auctores ſecutus aſſerui. Omitto ceteros: q̄ de Cicerone ſcribētes hoc ip̄m teſtant. Hieronymus vir doctiſſimus et antiq̄ꝝ rerū in p̄mis ſtudioſus: in libro de tp̄ibus: quē ab Euſebio ſcriptū. e greco tranſtulit: et ꝓſecutus ē: eum Ciceronis natalitia annotaret: ſic inq̄t. C.lxxviiij. olympiadis anno. iiij. Cicero arpini naſcitur matre Olbia: patre equeſtris ordinis ex regio volſcorū genere. Plutarchus aūt non ſolū genus regiū: ſed et regem ipſum Tullum auctorē generis nominat: qui apud volſcos inſigniter regnauit. Ipſe quoqȝ Cicero: ne forte amicus ille tuus ignoraſſe hoc: aut omnino reticuiſſe credat idē q̄dā loco ſcribit. Nam cū de philoſopho antiquo: et Tullij regis coetaneo mentionē faceret: ſic inq̄t Pherecides Syrus p̄mū dixit anios hoim eē ſempit̄nos antiquus ſane. Fuit eni meo regnante gentili. Quis igit̄ ābigendi locus reliquit̄ cū et alij ꝓbatiſſimi auctores: et Cicero ip̄e hoc idē teſtet̄. Reſtat ea dubitatio cur aut ille obiecerit: aut iſte nō refellerit. Equidē ab oratore nō exigo: vt ſp̄ verū inimico obiectet. Dein ſi gen⁹ regiū quāuis ab inicio ſplendidū: in obſcuritatē migraret: res q̄dem talis erat: vt ex vtraqȝ parte anſam haberet: ⁊ ad laudē ſplendor generis: et ad vitupationē obſcuritas. Dicentis aūt eſt id aſſumere: q̄d et ꝓ ſe ſit: et cōtra aduerſariū. Itaque obſcuritatē: quā recte potuit obijcere in mediū ꝓtulit: ſplendorē aūt: q̄ cōmendatiōis erat: p̄terijt: Quāq̄ȝ: ſi recte memini nō tā obſcuritatē Saluſtius obijcit: q̄ȝ nouitatē. Sic eni inq̄t: Vbi. M. Cicero ita gubernat: ac moderat̄ q̄ſi vn⁹ reliqu⁹ ex familia Scipionis Africāi ac n̄ reptitius: ⁊ paulo an̄ iſit⁹ huic vrbi ciuis. Hec n̄ obſcuritatē generi: ſ̄ nouitatē ciuitati d̄ſignāt. Id ip̄m i hiſtoria clarius poſitū ab eo Saluſtio ē: vbi d̄ Cicerōe: ac d̄ ꝯſulat⁹ petitōe loq̄ns d̄t. Et q̄ſi pol

lui conſulatū credebat ſi eū: quāuis egregius: hō nou⁹ adeptus foret. et alibi. cum eam defendat. M. Cicero inquilinus vrbis rome. Hec omīa: vt dixi: nouitatem ciuitatis redarguūt: nō generis obſcuritatē: Sz cur Cicero ipſe in refutādis aduerſariis hoc reticet. Primo nō obiiciebatur obſcuritas vt dixi: ſed nouitas. Itaque eius argumēta nouitati reſpōdebant. Nā ſi nullis p̄claris reb⁹ maiorū ſuorū in republica geſtis cōmendabat: vt Scipionis et Metelli. at ſuis et ꝓpriis: q̄d preſtantius erat. Preterea tacendi plures erant cauſe. Primo ꝙ nomē regiū apud romanos inuiſum ſane: ac deteſtabile erat. Deiñ ꝙ arrogantiā: inuidiāqꝫ vitabat: q̄ in ciuibus p̄ſerti nouis faſtidioſe et itolerabiles ſunt. Illud inſup accedebat: ꝙ rex ille inimiciſſim⁹ po. ro. fuerat. Nō erat ergo prudentis cōſilii illū ꝓferre: ne ab hoſte po. ro. originē traxiſſe diceret̄. Itaqꝫ callido ꝯſilio obſcuritatē potius quam bonis rationib⁹ in ſuarū virtutū laudem traducere poterat: obiici patiebat̄ ſibi. Vt et ego q̄ nouus florentie ciuis ſum: ſi a Caſtrutio illo p̄ſtante quidē duce. ꝟ inimiciſſimo florētini po. originē traxiſſem: latere in plebecula mallē: q̄z eum generis auctorē: egregie licet nobilitatis ꝓferre. Hec habui q̄ reſpondere. Vale.

Leonardus. P. Turco.

v Ereor ne parū tibi reſpōdere i amicicia videar ex hac mea tarditate ſcribēdi. Eam queſo ſuſpicionem: ſi quā forte cepiſti: anio tuo erade. factis eni prōptiſſim⁹ ſum. verbis aūt tardus. Idqꝫ natura cum inſit nō facile dimoueri pōt. Traditur aūt ab iis: q̄ de amicicia ſcripſerunt: in q̄buſdā ferendā eſſe naturā amici: vt de Scipione et Lelio ſcriptū memini: cū in Lelio quidē hilaritas eſſet: in Scipione aūt vita triſtior: ambitio maior. diſparitate morū par voluntas ꝯiūgebat animi nec tñ a Lelio: vt ſecū vna letus eſſet Scipio flagitatum eſt. nec ſi flagitaſſet: ille preſtare valuiſſet. Quare tuū q̄z fuerit ꝓ tua hūanitate exiſtiare amici animū ita affe

ctũ eẽ erga te vt debet.et ſi forſan facilitas: que ĩ te pluri mũ redundat: deeſſe illi videat̃. Sed hec ſatis. Nunc ve nio ad lr̃as tuas: q̃s nup̲ aretio rediens: florentie offen di. Quod Mattheus Albitius familiaris tuus me ſubi ratũ tibi ex iudicio illo affirmauerit: valde equidẽ admi ror: niſi forte iocari tecũ voluit. quod nõ ex lr̃is tuis ſo lũ: verumetiã ex illius verbis cõiecto. Erat vna Nico laus noſter cũ ille in foro me cõueniens: te admodũ lr̃is q̃s nup̲ accepiſſes: letatũ eſſe: ac pluculent̃ ſcriptas ex iſtimare inq̃t. Cupere deniq̃ certiorẽ fieri q̃ſnã illas ſcri pſerit: ac ſuſpicari quidẽ de me. Ego ne ꝓ his tibi ſubi raſcerer: qui q̃d luculentũ exiſtimas. et que maxie ꝓbas mea eſſe cõiectas. Contra equidẽ ſi accidiſſet: vt que ele gantiſſima tibi viderent̃: ea eẽ mea diffideres: grauiter ferendũ pntarẽ. At que optĩa reris: eadẽ mea credidiſſe: cuius tandẽ ſignũ eſt: niſi magnificentiſſime de me opi nantis. Quã ob rem tibi non mõ: q̃d poſtulas: veniam do: verumetiã grãs habeo. At forſitã grauit̃ tuliſti me dicendi gen⁹ nõ internoſſe. Primũ id quidẽ leue ẽ. Mihi eni ſatis eleganter dicta videri ſolent: quecũq̃ bñ dicun tur. Deiñ q̃d ego noui vtrũ ille mihi: an ego illi in hoc genere ſcribẽdi preſtẽ. Equidẽ nullũ aliũ exitũ ſcriptorũ meorũ vnquã optaui: q̃ʒ vt ab ĳs: quib⁹ ſcribo: vehe menter littere mee cõprobent̃. Quod illi accidiſſe video in ĳs: que ad te ſcripſit. Id ergo cũ ille ſcribens aſſecu tus ſit: q̃d ego aſſequi opto nihil eius lr̃is defuiſſe iudi co. Aſſentior: nihilominus tibi facilius affici nos laudi bus noſtris: quã vlla alia re. Quo ergo facilius: eo mi nori conatu opus ẽ ad id: q̃d volum⁹: aſſequendũ. Nã et Themiſtocles ille ſumus vir: quonã cantu maxie de lectaretur rogatus: eius inq̃t: qui laudes meas apte cõ cineret. vt ſi etiã in ĳs p̲cenſendis dulcedine laudis cap tus erraſſes: venia tibi ſit tribuenda. Priſcianũ quẽ po ſtulas: om̃es tabernas librarias p̲ſcrutatus: repire nõ bũ potui. Admonui tñ quoſdã familiares: vt p̲quirãt.

Siq̃d emerget: ad te illico tranſmittã. Vale. Florentie. z. nonas. decẽbris. 1.4.16. ¶ Leonardus S. D. Poggio.

d Edi nup ad te lr̃as Philippo noſtro: in q̇bus ſane ꝓlixior fui. Nunc aũt nihil fere ẽ: q̇d ad te ſcribam: niſi hoc ipſum: ꝙ lr̃as tuas expecto. Flagito igit̃ quod adhuc nõ flagitaui: vt nos crebrius de ĳs rebus que iſtic gerũtur: certiores facere ſtudeas. Nec ego a te acta ſolũ exigo: ſꝫ q̃ prudẽtia es: etiã ſpem rerũ futurarũ. Scito. n. nõ ꝓceres modo: verumetiã plebem: nihil tam p̱ hec tp̃a curare: nec vlla de re cogitare: ac loqui magis: quã de conciliĳ exitu. Cum igitur hec ſolicitudo ſit alienis: q̇d mihi: qui verna ſim: fieri putas. Tu igit̃ me hac cura ſubleua. et ſiq̇d de futuro pontifice odorare ſagacius poteris: ſignifica. Siquid occultius fuerit: ãnotabis. Nudiuſtertius exemplũ habuimꝰ lr̃aꝝ tuaꝝ a Barbaro miſſum de Hieronymi ſupplicio: q̃ꝝ elegantiã eq̇dẽ valde ꝓbo. Tu illi tñ plus tribuere videris: q̃ꝫ ego vellẽ. et ſi iudiciũ tuũ ſepe purgas: tñ neſcio q̇d maioris affectionis pre te fers. Ego cautius de hiſce rebus ſcribendũ puto. Quĩtilianꝰ tuus laborioſiſſime emẽdatur. Permulta ſunt enĩ in noſtro vetuſto codice: que addenda tuo videantur. Sed in quibus locis vetuſtas deerat: hoc ẽ in ſincopis illis grandioribꝰ: pleriſqꝫ in locis inſanabilis morbus ẽ. Me piſano: placentino: florentino cardinalibus cõmendabis. Vale. Florentie. z. nonas. aprilis.

¶ Leonardus Salutẽ. D. Franciſco Barbaro.

v Oluiſſem tibi preſerti nunc ſcribere incipiens ſerioſius aliq̇d et tua dignũ excellentia: dignũqꝫ ſtudĳs cõibꝰ afferre: q̃ꝫq̃ꝫ quid ſerioſius eẽ põt: q̃ꝫ hoĩeꝫ cui cautũ eſſe velis: p̱ tuas litteras cõmendare. Verum aliud quiddã ſcribendi genꝰ: latius: fuſiuſqꝫ optaſſem. Nã ꝓ cõmendatione alicuiꝰ multa ad amicũ ſcribere: diffidentis q̇dãmõ videtur eẽ. Ita ſi vberius extendas epiſtolã: moleſta ꝓlixitas. Sin intra legẽ coerceas ari

da breuitas reſultabit. Jlla igit̃ copia pleno : vt ita lo-
quar : cornu aliud in tẽpus ſeruet. Jn re aũt q̃ de agere
ↄſtitui : hec inſunt. Rainerius Petri filius adoleſcẽs ſa-
tis claro loco florẽtie ortus: ac iuris ciuilis ſtudioſus nõ
nulla venetijs negocia hab; : que cũ explicare cupiat: et
patrociniũ tuũq; ſibi ꝓdeſſe queat nõ ignoret: mecum
egit: vt ipm̃ tibi ꝑ litteras meas cõmendarem. Qualia
vero ſint eius negocia: et quemadmodũ iampridẽ agi-
tari cepta: et in hoc tẽpus ꝑducta: facilius ab eo cogno
ſces: nec ambigo quin ſtatuas equiſſima eſſe. Hunc igit̃
Raineriũ ꝓ noſtra amicicia tibi maiorẽ in modũ com-
mendo : rogans vt eũ tuo fauore et auctoritate ꝓtegas
et ab iniuria tueare: faciaſq; vt quod ille ſperauit: hanc
meã cõmendationẽ plurimũ apud te valuiſſe intelligat
Guarinũ virũ ſuauiſſimũ atq; optimũ meo nomĩe ſal-
uere iubeto. Florentie. ij. idus. aprilis.

¶ Leonardus S. D. Petro Miano.

p Ropediem : vt opinor : plura tibi ſcribã. Nunc
aũt ſcias veli me florentiã rediJſſe ad. ij. id⁹ mar-
tias : curia : et curialib⁹ rebus om̃ino relictis. Vtor aũt
ſolacio cũ ſtudiorũ que longo intermiſſa ſpatio : auidi-
ſſime repeto: tum etiã familiariũ antiquorũ quorũ tãta
dulcedo eſt: vt ꝓpe gratias me debere putẽ ijs ꝓcellis:
que ex alto abreptũ me in hũc voluptatis : amenitatiſ-
q; portũ retulerunt. Quoniam vͦo mihi iampridẽ ſuaſi
omnia: que apud te ſunt : mea eſſe: et que apud me tua
vtar nunc ea lege : p̃cipue in libris : quos tu dudũ ſum-
ma cũ liberalitate obtuliſti. Vale.

¶ Leonardns Nicolao.

ſ Aluum te adueniſſe gaudeo: ac ex piſana celi gra-
uitate ad ſalubres arretinorũ colles incolumem
euaſiſſe incredibilem de eo ſuſcepi voluptatem Sed iſta
coram inter nos agemus vberius. Nunc venio ad epi-
ſtolam tuam quã communi amicorũ decreto ais mihi
ſcripſiſſe. Niſi iſtuc ipſe acceſſero : exercitũ mihi denuo

ciatis: et ducē apud vos eſſe: et regem quaſi exhortatu ri iactantes. O rhetoricā ↄtrariā. Vos ne me his minis terrere putatis: et hoc adhibito metu ad veniendū com pellere. Videte q̄z erretis. Ego ⁊ ſi illico ventur⁹ fuiſſem tn̄ vel ex eo immorandū putarē: vt tā preclara cohors diuerſari apud me cōpelleretur. Nam q̄d mihi dulcius quid mihi optatius eſſe poſſet: q̄z videre domū meam tot ſimul clarorū virorū: et mihi amiciſſimorū cōtuber nio honeſtatā. Et eni ſi hoc in ſingulis ſp optatiſſime fecimus: quanta voluptatis accumulatio foret vniuer ſos: vt ita dixeri: amiciſſimos vno agmine ſimul acci pere. Itaq̃ ego vos oratos: atq̃ rogatos veli: vt hoc belliſſimū: vt vere dicā: bellum: quod p lrās indicitis mihi inferre nō differatis. Equidē ſi has veſtras cōmi nationes facta putarē non verba: et ſi ſupbū forſan vi deri poteſt: tn̄ nunq̄z me prius venturū affirmarē: q̄z vos huc accederetis. Verū q: tarditas nonnullo᷑ vrm̄ mihi ſuſpecta ē: ego veniēdi inducias poſtulo dierū. 8. quibus exactis ad vos pperabo. Cauſa induciarū ē ne gociorū q̄rundā explicatio: quib⁹ ita īpedior: vt nulli rei vacare cōmode poſſim. Abeſſe p hoſce dies nullo modo licet. Deābulatiunculas vero ad inclyta religionis loca: que finitima habetis: poſtulo vt in aduentū differatis. De poggiano theſauro corā. Libros ethicorū diuiniſſi mos: vt ex ītegro reſcribas: iā nūc te para. Vale mi dul ciſſime Nicolae. et in aduētu meo vt mecū arretiū veni as: certiſſimū ſtatue. Iterū vale. Arretij. 6. cal. octobris.

¶ Leonardus Laurentio Salutem.

r Eddite ſunt pauloan̄ mihi littere tue: nō mō offi ciū plene: ſ beniuolētie: charitatꝭ: ⁊ ſolicitudinis onuſte. p quib⁹ quid ego nūc tibi grās agam: cū fami liaritas noſtra: nihil non ab alterutro pmereatur. Ve rum vt ad ſolicitudinē tuā: ac preſtantiſſimi viri rainal di veniā: nihil ē pfecto: ex quo formidinem ſuſcipere de beatis. Vel quia locus non multū periculi habet. vel q:

perſona non multū damni. Vigilabo tn̄ et ero ipſe ſalu
tis mee: qualiſcūq̧ tandē ſim: ob tuas hortationes cu
rioſior. Ac ſi forte locus infeſtus eſſe perget: confeſti adi
bo. De nicolao recte mihi nunciaſti et ſiquid in diem ha
bueris: oro mihi diligenter ſignifices. Fines bonorū a te
expecto. Nam Ariſtotelis ethica: que traducere ceperā:
nup abſolui. ea cū expolire nunc cupiā: Cicerone ac fini
b⁹ illis op⁹ ē. Vale ac rainaldū meo noīe ſaluere iubeto.

¶ Leonardus Guarino Veronēſi P. S. D.

Egi hodie litteras Barbari noſtri p̄ſtantiſſimi ⁊
l et diſertiſſimi viri: q̄s laurentio cretēſi cācellario
ſub apologie vocabulo grauiter ſimul ornateq̧ reſcrip
ſit. Quibus et ſi magnope delectat⁹ ſum. Nihil eſt eni
ab illo p̄termiſſum: q̄ min⁹ accumulate illius calūnijs
reſponſum arbitrer: tn̄ q2 cōmunis eſt accuſatio: ac me
q̄z: qui eidē laurentio amicus: ac iampridē notus ſum
tangit: cupio ipſe quoq̧ ꝓ virili mea cenſori et correp
tori noſtro rn̄dere. Res ꝓfecto. ni fallor. ꝑmagna agit.
vtrū nos om̄es: an ille vnus deliret. Itaq̧ te maiorē in
modū rogo: vt exemplū litterarū: q̄s Laurentius barba
rus ſcripſit: mihi trāſmittere ꝓcures: vt videā an ra
tiones eius tales ſint: que me penitere cogāt temporis
hiſce ſtudijs impenſi: et ad obliuionē harū litterarum
quaſi inutiliū ꝓuocent: vel ipſe potius ſui erroris com
monefactus: bonis rationib⁹ tacere cōpellatur. Sz di
ces. Num tibi barbarus noſter ſatiſfacit. abunde profe
cto. Sz vt ſi p̄ſens contentioni adeſſem. quāuis barba
rus ſuperior foret: ego tn̄ non tacendū putarem mihi:
ſed aliquid ip̄e quoq̧ dicerē q̄ meā in eam partē declara
rem ſententiā. ſic et nunc q̄zq̄z ip̄m longe victorē puto:
tn̄ contra officiū arbitror eſſe: vt taceā: nec ipſe quoq̧
ſimul aliquid ꝓ cauſa preſertim mea dicā. Preterea his
diebus victus longo: et continuato tedio q̄rundā hoim
qui boni haberi volunt cum ſint mali: oratiunculā ve
teri more perſcriptam in illos edidi: quam nunc ad te

mitto. Tu cura: vt aliquid rerum tuarum maiori menſura mihi reddas. Vale. Florentie.

Leonardus Poggio.

Itteras tuas pbreues accepi: trāſmiſſas mihi a Nicola noſtro. Eum q̄ detulit conueniendi: ac rogandi nō fuit facultas. Nam aretij ſum: cum mearū rerū curandarū gratia: tum etiā vitande peſtis vel potius ſuſpitiōis. nā illa quidē adhuc talis ē: vt terreat magis: q̄z ledat eos: q̄ florentie habitant. Hac igit̄ de cauſa: illū q̄ detulit: ꝯuenire non potui: q̄zq̄z in amalthea ſaturnino cetera coniecto. O rem acerbā: et ſi de patribus nō tā equidē laboro: q̄z de plebe. Quicq̄d delirāt reges: plectunt̄ achiui. Seditione: dolis: ſcelere: atq̄ libidine: et ira Iliacos intra muros peccat̄ et extra. Accepi et alias tuas lrās triduo an̄ q̄z florentia abirē: in quib⁹ pmoleſtū ſane id fuit: q̄ cōmentariolū illō: quod mihi te mittere cū his litteris ſignificabas: nunq̄z repertum eſt. Neq̄ catalogus ille librorū index. Omnia perdita per viā aiebant. Quin et apta: reſignataq̄ diplomata veniſſe. q̄ aūt in illis me pcōtaris num et alie tue littere: q̄s an̄ pfectionē tuā dederas mihi reddite fuerit: ſi de ijs rogas litteris: in quib⁹ rep̄henſiones ſtultiſſimi ac leviſſimi homis ꝯtinebant̄: ne dubita: iampridē ille mihi reddite fuerūt. riſiq̄ potius illius ſtultitiā: q̄z animo cōmotus ſum. Nam eius ſtuporem mentis: ac veluti phanaticā veſaniā iampridē pſpexerā. Itaq̄ n̄ mihi noua res ē. Scripſiſſe aūt nūc illa ipſa: q̄ mente veſana atz diſtorta gerebat: q̄zti faciendū putas cū vel nulli vnquā lecturi ſint. Vel ſi legerint aliq̄ in ipſa ſcribēdi ineptitudine: nullitatē eius cognituri. Ille certe nē illa ipā q̄ rep̄hendere conat̄: intelligit. ⁊ q̄ fatur: puerilia ſunt: ac pene infantia. Itaq̄ illā omino ſperno: atz ꝯtēno. Nec dignū reſponſione mea duco. Tu vale. et me ama. et q̄d iſtic agat̄: crebro ſignifica. Iterū vale. Aretij idibus iunijs. Epiſcopo Senēſi Leonard⁹ Aretin⁹. S. P. D.

Vem non delectet hūanitas: et manſuetudo tua
q qui antequā de negligentia me : quemadmodum
poteras accuſares : ratione͞ excuſationis mee : tu ip͞e at
tuliſti. Cum eni͞ te iāpride͞ admirari diceres : ꝙ ego nihil
omnino ad te ſcripſiſſem : illud ſtati addidiſti te putare
non alia cauſa: q̄ꝫ occupationibꝰ meis id accidiſſe. Ita
ꝙ cū id tue ſapientie ꝑſuaſum ſit : q̄d ego maxime ꝑſua
ſum ee͞ cupio: tacere forſan in hac parte p̄ſtaret: q̄d ⁊ fa-
cerem ni hec mea excuſatio parti ambitioſa: parti incre
dibilis videret̄. ambitioſa ſi me occupatiſſimū predicem
incredibilis ſi nō potuiſſe ſcribere aſſeuerem. Pauca igit̄
ad hāc ipſam defenſione͞ tuā ex meo addā: q̄ dilucidius
ea intelligat̄. Fuerunt mihi quide͞ occupationes et ſunt.
ſed nequaquā tante : vt ſcribere non valere͞ : preſertim
cum om͞is occupatio mea in ſtudijs lrāꝝ verſetur. Cur
non ſcripſeri: audi queſo patienter. Ego te ſꝑ eū homi-
nem putaui: cui nō niſi magna quedā et preclara: ⁊ dig
na tua grauitate auctoritateꝙ͞ cōuenirent. Cum igitur
poſt naufragiū illud gubernatoris noſtri: ad ſtudia lrā
rū me tanquā in portū quendā optatiſſimū retuliſſem:
ſcribenda quedam: ac mandanda litteris aſſumpſi. Ad
hec ego: quantū ocij eſt: totū ꝯfero. nec libenter diuerto.
Credo et alijs euenire quod dicā: ſed mihi: vt affirmare
poſſum: haud dubie euenit. difficulter reſumo: quod ſe-
mel abrupi. ad te ergo quoniā grauiora quedā tua au-
ctoritas poſtulat: ne ab inceptis diuerterer: ſcribere ſuꝑ
ſedi. Poterā certe leuiora quedā: ſed ea indigna tuo noı͞e
arbitrabar. Grauiora vero et expolitiora ſine intmiſſio
ne ceptorū ſcribere non dabatur. Hec e͞ defenſionis mee
ratio paulo explicatior: quā a te ſit dicta. ꝙ aūt te et op
time contentū: et in quiete conſtitutū ſignificas: ob id te
longe beatiorem puto: quā cum in magnis rebus agen
dis: magniſꝙ͞ negocijs oppreſſum caterua hoim̄ intue-
bar. Ocia eni͞ negocijs longe ſunt p̄ferenda: cū hec finis
ſint: illa ad fine͞. Negociamur eni͞ vt ociemur: et bellum

gerimus vt in pace degam⁹.q̄ ſi ocia ſunt p̄ferenda: et hec certe vita q̄eta: et trāquilla laborioſe illi: et occupate: ad quā niſi aut honoris ābitio: aut pecuniarū cupiditas ipelleret: q̄s tandē nr̄m illā ſuſcipiendā cēſeat: ac nō velis: remiſq̄ȝ fugiendā. Qui aūt in ocio ꝯtenti non ſunt: ociū ipſum: vt ita loq̄r: perdunt. immo nec ſunt ocioſi: ſ potiſſima ſui parte.i.mente: et aīo infeſtant: ac lōge rapiunt. Tu ergo cū vtrūq̄ȝ nactus fueris: gaude queſo: et felicitate tua diutius fruare. Quod ſi te forſan aut pontificis iuſſus: aut volūtas tua in curiā atȝ i illū eſtū negociorū retulerit: ipſe te vbiq̄ȝ amabo. Primū tn̄ ſanius ꝯſiliū ē: q̄d vtinā et ego tenere poſſim. vale.

¶ Leonard⁹ Frāciſco Barbaro Salutē plurimā dicit.

r Edeunti mihi ex agro aretino: lrē tue preſto affuere. Atq̄ȝ vt de eo ipō: q̄ illas reddidit: cognouit: cōplures aū dies florentie ſic reditū meū preſtolate fuerant: vt iā longiorē morā incuſarent. Ego aūt eo diutius illis in locis detentus ſum: q̄ iam ſupra biennium craſſante peſtilentia: facultatē adeundi nō ſatis habueram. Quare auidius incūbens ita delectabar: vt pene iam vrbis me haberet obliuio. Nunc aūt et nitore lrāȝ tuarū: et ſumma hūanitate tua ad meliora reuocor ſtudia. Et ſi eni agriculturā valde equidē ꝓbo: nihilomin⁹ illa ſtat ſentētia. Me vero dulces nutriant aū oīa muſe. Quid eni cum muſarum ſuauitate Pan: et Siluanus poſſunt referre. In hoc igitur genere et audire eruditiſſimas voces tuas: ⁊ reddere ipſe meas optaui equidē: atȝ opto: preſerti cū mutuo in amore familiaritateq̄ȝ iāpridem inter nos ſuſcepta: ſilentiū hoc: q̄d adhuc interceſſerit: culpandū potius quā laudandū videret. Qꝛ āt te ad ſacras lrās maiore ipetu: et attentiore aīo conferre ſignificas: in eo ſapientiā: grauitatēq̄ȝ tuā indeficibili laude cōmendandam duco. Si enī oīes muſe: quod ſupra diximus: dulces ſunt quanto ille magis: que vere ſunt muſe. et ſi vox poete in re ficta delectat: quanto magis

vox dei delectabit in vera: & ſi precepta hoīm diſcentibꝰ pſunt: quanto magis ꝓderunt diuina. Quare te currentem: vt video vehementer cohortor ad huius optimi ꝑfectiſſimiqꝫ operis inſudationē. Caſum vo grauiſſimū amātiſſimi fratris: incōmoda exīn ſuſcepta: et tua moderatiōe: & illarū lrāꝝ ſolatio leuare debes. Vale. Florentie

Leonardus S. D. Joannino.

Tres epiſtolas tuas vnū fere ſub tēpus accepi: quibus antequā reſpondeo: iuuat p̄fari: atqꝫ premōere ea videlicet ipā: que meus erga te amor ac patrie charitas expoſcit. Multū igit̄ hoc breui tpe: q̄ nobis affuiſti te ꝑfeciſſe ſtatuo. ſi quidem in tanta ciuitate recentem adhuc et modo aduenā nonnulli p̄ſtantes viri in familiaritatē ſuſcepere: q̄ꝝ grāꝫ tuere queſo diligenter: atqꝫ annitere vt eos bene ꝓmerendo in amorē tuū q̄ꝫ maxime vertas. Id tu ſi quemadmodū ſpero: aſſequare: quod tandē lucrū cum hoc lucro exiſtimē cōparandū. Illud p̄terea moneo: vt iſtic degens ꝯquieſcere anio velis: nec corū que hic reliquiſti: deſiderio torqueri. quod niſi feceris: nihil de te laudabile vnq̄ꝫ p̄ſtabis. Quid eni cor anxium: & merens exhibere aut ſibi ipſi: aut alteri pōt. Cogita igitur non tam domeſticos: q̄ꝫ impias tuorū moleſtias domi reliquiſſe. vrbem aūt nunc incolere opulentiſſimā: ornatiſſimā: et in qua nihil moleſtiarū inſit: niſi forte quas tu ipſe ſtulta mollicie vltro ſuggeſſeris. Hec ego que ſentiebā de ꝑſonis: & vrbe cōmonefacienda putaui. Nunc venio ad epiſtolas tuas. Mea neſcio: que iſtic recepta: q admirare: qꝙꝫ a ceteris laudari p̄dicas. Aiūt fortaſſe homies: ſed non ego credulus illis. Nam neqꝫ me Varo video neqꝫ dicere cinna digna: ß argutos int̄ ſtrepe anſer olores. De epiſtolis aūt: quas aliorū voluminibus inſertas deꝑhendiſti: ne fer: queſo te: id quidē moleſte. ſatis eni honoris ille: quiſquis fuerit: meis detulit: q inter ſuas quas bonas putauit: collocare dignatus eſt. Cōmentaria vero primi belli punici que flagitas: ad te

propedіem tranſmittã. Oꝛ ãt me ↄſulis de illa re tua: mihi vna ſalus videt: vt foꝛtẽ te: conſtantẽqꝫ preſtes. et ſi ſcio quã difficile ſit: nõ flecti anĩo: preſertĩ tibi q̇ es natura molliſſim⁹. ſed tñ vt mea fert opinio: aut nihil vnquã: aut taciturnitas tua illoꝝ veſaniã confriget: erranteſqꝫ et devios in oꝛbitã reducet. qꝺ ſi iudices te pati non poſſe: eludent. Vale. Floꝛentie.

❡ Pileo Archiepiſcopo Genuenſi Leonardus P. S. D.

f Acile recognoui lrãs tuas doctiſſime ſimul: optimeqꝫ antiſtes. erant q̇ppe ea facundia: ſapientiaqꝫ ꝑſcripte: vt ex tuo potiſſimũ iudicio: manaſſe viderentur. Atqꝫ vt natura fit: cũ alterũ dicentẽ audias: q̊d tu maxie ꝓbes vt valde aſſentiamur: ſic ego tue illi de delectione: ſtudioqꝫ ſentẽtie vehement̃ aſſenſi. ſic enĩ mihi q̊ꝫ ꝑſpicere viſus ſum: aut nihil humanarũ rerũ aduerſus animi egritudinẽ valere poſſe: aut vnicũ in lr̃is ſtudijſque eẽ refugiũ: q̃s q̇ faſtidiunt: et contẽnunt: vere: pureque veritatis guſtũ nõ habent. Tu igit̃ ijs incũbe vt facis: preſertĩ cum nulla res dignioꝛ ſit homĩe ſapienti: et in ea qua tu es dignitate cõſtituto. qꝺ aũt de libris ſcribendis rogas: nõ deerit tibi diligentia mea. Verum admirabilis ẽ apud nos eius rei penuria. Nam et ſtudioſi ꝑmulti ſunt: et q̇ mercede ſcribant admodum pauci. Ego tñ: quo tibi moꝛẽ geram: ſcrutatus om̃ia: cum tandem nihil reperirẽ exoꝛaui quendã ex familiaribus meis: vt libꝛos quoſdã ſuijpſius gratia: quos ille ſcripſerat venundaret. ſunt aũt ethicoꝝ libꝛi: q̃s nuper traduxi et cõmentaria pꝛimi belli punici cũ q̇buſdã oꝛõibus Demoſthenis: et economicoꝝ libꝛo: ſat: vt mihi pꝛimo aſpectu viſum ẽ: emendate ꝑſcripti. Hec emere licebit. Tu igitur cuiuis Genuenſiũ tuoꝝ: qui hic negociantur cõmittere poteris: vt libꝛos excipiat: ac pꝛecium decens ꝓ illis exoluat. Vale. Floꝛentie. ij idus. februarij.

¶ Leonardus Joannino.

Xpecto Languſtum illũ tuũ: ac litteras eius: pre
e ſerti ſi : vt mihi pſuadeo feſtiuiſſime ſunt future. Me pfecto Epicureum lrãrum factũ eſſe ſcito. Voluptatem in illis: feſtiuitatẽq̃ conſector: Quo circa iubeas velim : ſi quas ad me miſſurus eſt : iucunditate vt illas ſalibuſq̃ reſpergat. Judiciũ illud tibi pmoleſtum : totamq̃ ſtultorũ hoim vaniloquentiã vix vnius aſſis exiſtimandã puto. Adde etiã ſi placet rhetorem illum eloquentie hoſtẽ. An tu ijs me cenſuris cõmoueri putas : q̃ ab hominibus parũ acutis : ac ſtulte ſibiipſis iudicandi peritiã arrogantibꝰ pferunt. Fieri nõ põt quin : vt q̇ſq̃ ſapit ita ſentiat. ſed et noſtrũ nobis iudiciũ eſt : q̇ magis nitimur: q̃ȝ alieno : niſi forte. Apellẽ : aut Protogenem quid rectum ameonũq̃ in pictura foret : nõ ex ſuo potius iudicio: q̃ȝ ex aliorũ opiniõibꝰ ſtatuiſſe credamꝰ quamquã eſt quidẽ abs te nõ ſatis acute cauſa mea defenſa aduerſus conſtantinopolitanũ. Quid eni opus fuit ad Ciceronẽ allegare hanc : quecunq̃ eſt in nobis rerum moraliũ notitiã. Quaſi vero Ariſtoteles ipſe ab ſtudio noſtro fuerit alienus : cuius libros in adoleſcẽtia ſic audiuimus : vt etiam publice de ijs diſputationes ex ordine ſtudiorũ ſubſtineremꝰ. Biennio certe toto ab optimis illius diſcipline magiſtris incredibili auiditate ibuti ſumꝰ. Hec ego fundamẽta cũ in adoleſcẽtia ieceri : q̇s iuſte admireẽ ſi nunc aliq̃d a me exedificatũ ſit. Aut quis nouũ me ad hec ſacra veniſſe dicat: quibꝰ ego ab ipã pueritia fueri initiatꝰ. Sed hec ſatis. plura etiã q̃ȝ ſatꝫ. De ſe eni ipſo omis ſermo grauiſſimꝰ ẽ. Attamẽ ſilere aliq̃n non licet. ita multi occurſant parti arrogantes : partim deſipiẽtes. Venio nũc ad id : q̇d p ſuperiores litteras de cõmentarijs flagitaſti. Ego q̃ ſciui: queq̃ mẽoratu digna exiſtiaui : in eos libros cõgeſſi. Neq̃ veto : q̇ minꝰ ſi quis plura teneat : plura cõſcribat. Cõmentaria tñ ab hiſtoria multũ dñt. Illa eni ãplior : ac diligẽtior ẽ. Hec

ꝯtractiora et minꝰ explicata. Liuius qȝ in Romuli ⁊ in Hoſtilij et Tarq̄nij regū romanorū geſtis referēdis: nō annos ꝓſequit̄: ſꝫ rerū ſummā. Idē Polybius facit: ⁊ ipſe quidē ꝓbatꝰ auctor: cuius auctoritatē ſecuti ſumus. vale. Florentie.

¶ Leonardus Poggio Salutem.

N Ihil omnino ſtatuo duobus nobis fieri potuiſſe ſtultius cū hoc noſtro importuno ſilentio. Sꝫ q̄ illa iam corrigi nō poſſunt preteriti defectu tēporis: futuri exuberantia cōpenſemus. Vnū tn̄ non ignores volo: me ꝑ hoc ipſum ſilentiū: grandē tibi epiſtolā ꝑſcripſiſſe: excitatū litteris tuis: q̄s ad Nicolam noſtrū miſiſti de ꝯtrouerſia Nicolai: in quibꝰ cū te falſa illius ſuggeſtione deceptū animaduerterē: totam rem veriſſime: ſinceriſſimeqꝫ patefactā: tuo examini cenſureqꝫ ſubieci Eas video te litteras nō accepiſſe. Itaque cōquirā nūc rurſus illas: tibi qꝫ remittā. Negocium meū: q̄d apud max. pontificē curaris: mihi ſumme eſt voluptati. Perſpexi enī in te et amici fidem: et ſapientis hominis ꝯſilium: et impigri vigilantiſqꝫ ſolertiā. Quod aūt hortare vt ad pontificem ſcribam: faciam vt mones. Antonio luſco et Cintio ſodalibus noſtris meo noīe gratias agito: ſaluereqꝫ iubeto. Vale. x. calendas martij. Aretij.

¶ Leonardus Demetrio.

T Ria vt ex litteris tuis animaduertere potui: a te in crimen vocantur ex illa prefatione mea: quā libris ethicorū aſcripſi. Vnū ꝙ Ariſtotelem de eloquētia cōmendarim: quē tu aſſeris nec eloquentē fuiſſe vnquā neque curauiſſe quidē vt eloquens eſſet. Alterū ꝙ inīpretem illū: qui ante me hunc librū traduxit: ordinis p̄dicatorū fuiſſe dixerim. Tu vero antiquiorē interpretationem eius libri putas eſſe: q̄ȝ ordinem ipſum: ex quo fuiſſe affirmo. Tertium ꝙ huic ipſi interpreti maledixeri: indignaris. Sunt et alia quedam in litteris tuis: ſꝫ me hercule ita caliginoſe ſcripta: vt ſenſuȝ eruere nullo mō potuerim. Et illa ipſa que ſupra retuli: allucinando po

BIBLIOTEKA Uniw. im. A. Mickiewicza w Poznaniu

tius dep̄hendi te dicere velle: q̄z tu dicas. Ad hec igit̄ tria
nunc. Ad alia v̊o: ſi foꝛſan id cupies: cū aptius ſcribes:
reſpōdebo. Pꝛimū igit̄ de Ariſtotele vehement̄ erꝛas. An
nō curauit ille: vt eloquēs eſſet. Nā vtrū fuerit: mox vi-
debo. ß ita curauiſſe illū ꝯſtat: vt neminē magis. Teſtes
ſunt artes rhetoꝛice ab eodē philoſopho laboꝛe ſummo
diligētiaqꝫ ꝑſcripte. Nec ſemel tm̄: ß rurſus: atqꝫ iterū
pluribꝰ volumibus explicate. Nec eſt q̇cquā in ea facul
tate: quod nō illū non modo ꝑ ſe didiciſſe: ß etiā alios
docere voluiſſe appareat. Tanta v̊o in eo cura eloquen
tie fuit: vt etiā minutiſſima queqꝫ ſcrutari: et indagare
niteret̄. Quis eni queſo an̄ hunc pedes: et ſillabas: etiā
ſoluta in oꝛōne ſeruandos oſtendit: vt dactylū: iambū
qꝫ reijceret. Alterū vt elatū nimis: Alterū vt depꝛeſſum.
Peana vero illū duplicē ꝓbaret: q̇ ē aut ex longa: quā
tres bꝛeues ſubſequunt̄: aut ex tribꝰ bꝛeuibus: et longa
poſtrema: q̊ꝝ alterū pꝛincipijs: alterū clauſulis aſſig-
nauit. An nō curauiſſe illū dicis: vt eloquens eſſet q̇ elo
quentie artes tā curioſe ꝑſcripſit: et minutiſſima queqꝫ
tanta diligentia ꝑſcrutatus eſt. Atqꝫ ego certiſſime ſcio
nec te: nec pꝛeceptoꝛē illū tuum homiez: vt audio: mag
na theologie ſcientia: ſed nullarū penitus litterarū: q̇d
ſit pean: quid iambus intelligere: nullum deniqꝫ veſti
giū eloquentie intueri. Nec id ſane in vobis repꝛehendo
Non eſt eni cuiuſqꝫ iſta diſcernere. ß id repꝛehendo ꝙ tā
leuiter de rebus vobis incognitis iudiciū ꝓferatis. Fal-
ſum eſt igitur: quod ſcribis: non curauiſſe illū: vt elo-
quens eſſet: ſed an fuerit eloquens: videndū eſt. Nam
fieri poteſt: vt curauerit quidē: nec tn̄ ſit eloquentiā cō
ſecutꝰ. Equidē: quantū ē in me iudicij n̄ video: quō ijs
de rebꝰ: q̄s Ariſtoteles tractanit: aut aptius: aut ſuaui
us: aut copioſius: ſcribere q̇ſquā potuerit. Lege eius li
bꝛos: nec moꝛales ſolū et ciuiles: i q̇bꝰ magna eloq̄ntia
coheret: ß eos q̊ aut phyſici aut metaphyſici ſcribunt̄:
inuenies locos nullius eloquētie capaces: eloquētiſſime

ab eo tractatos : rebuſq; obſcuriſſimis ſplendorē: et cla
ritatē ꝑ eloquentiā attuliſſe. De quo ſi mihi non credere
vis : at Ciceroni credas : quanq̄z nec tu forſan Cicero
qui fuerit : ītelligis. Egoq; fatuus ſum : qui tecum iſta
diſſero. Sed tñ Cicero vir acerrimi iudicij: ſummus ipſe
orator : ſuauitatē et copiā : et oīa ſcribēdi ornamenta
Ariſtoteli tribuit. flumēq; aureū illius ſcripta appellat:
Ex q̊ magis trāſlatoribꝰ indiſertis iraſci ſoleo : q̄ huiꝰ
philoſophi libros admirabili facūdia : ſuauitateq; ī gre
co ſcriptos tā abſone nobis ꝯuerterūt. Sz ñ ſunt illi Ari
ſtotelis libri. Nec ſi viuat ip̄e : ſuos eē velit : ſz mere con
uerſorū inep tie. ille eni et politiſſimꝰ ſcriptor eē voluit: et
qd̊ voluit curauit : et q̊d curauit : aſſecutꝰ ē. Quid ergo
me ī crimē vocas. Quid eloq̄ntiſſimū philoſophū infa-
mie ꝯdēnas. An nō pudet de rebꝰ tibi incognitꝭ ita leuiꝭ
aſſeuerare. Sz ſatis de hoc. Ad aliud trāſeamꝰ. Eū q̇ li-
brū ethicorū añ me ꝯūtit : ordinis p̄dicatorū fuiſſe dix.
Hoc tu ita derides: q̄ſi erratū manifeſtū. Ecce rurſus fa
tua craſſaq; opinio vix puerꝭ digna. Putas eni inēp̄reta
tōez illā Boecij fuiſſe. Qua q̇dē ī re p̄q̄z puerilꝭ aberras
Nullā eni Boecij inēpretatiōez hēmꝰ: p̄terq̄z Porphirij
et p̄dicamētoꝝ et pihermenias librorū: Quos ſi accura
te leges: videbis ſummū illū viꝝ ſine vllis ieptijs libros
illos trāſtuliſſe. Textꝰ ē nitidꝰ et planꝰ et greco r̄ndens.
At eni ī ethicꝭ ⁊ phyſicꝭ q̇d tñ ē pꝛeꝭ ieptias meras. Nō
v̄ba in ijs latina. Nō dicendi figura. Nō eruditio lrāꝝ.
Preterea ab ip̄o greco male accepta cōplura. Hec a Bo
ecio lōge abſunt : viro ī vtraq; ligua docto: et eleganti.
Nunquā ille architectonicā : nunquā eutrapeliā : nun
q̄z bomolchos: nunq̄z agricos : quorū vocabula in la-
tino habemꝰ : grece reliquiſſet. Nunq̄z triſtitiā ꝓ dolo
re poſuiſſet. Nūquā honeſtū cū bono : eligere cū expete
re ꝯfudiſſet. Nunq̄m ꝑ ſe bonū dixiſſet: q̊d ip̄emet alias
appellaſſet bonum. Atq; vt ſcias : due fuerunt ante me:
quod equidem viderim interpretationes ethicorū. Vna
quam ex arabe lingua traductam fertur poſt Auerois

philoſophi tēpora. Que quoniā anterior ē: vetus appel
latur. Altera hec poſterior et nouior a britanno q̄dā tra
ducta : cuius etiā proemiū legimus in quo et fratrē ſe or
dinis predicatorū ſcribit: et rogatu ꝯfratrū de ĳs trāſfe
rendis laborē ſuſcepiſſe. Quomō igit̄ interpretatio iſta p̄
us fuit : quā ordo ipſe inſtitutus ē : aut quō Boetĳ fuit
iſta noua int̄pretatio : cum vetuſta illa et anterior poſt
Aueroim fuerit. Boetius v̊o aliq̄t ſeculis Aueroim ante
eat. Reliquū iam crimen eſt : ꝙ huic int̄preti maledixeri
Equidē ſi vitā illius: ſi mores: ſi gen⁹ inſectatus eſſem
tunc faterer me illi maledixiſſe. ſed nihil tale attigi : ne-
q̧ attingerē. At eni de litteris: ſtudĳſq̧ cōtendere : ac int̄
dum vehementius vrgere. et ſi res exigat: aduerſarium
pungere : diſſerere id quidē eſt nō maledicere. Deniq̧ to-
ta vis in eo verſatur. iure an iniuria illū reprehenderim
Dixi greca verba ob ignorationē latine lingue ab eo reli
cta: ꝓ quib⁹ latina : vel optia hērem⁹. nec dixi mō: ſed
et ꝓbaui. et v̊ba ipa oñdi. cetera q̄z errata: nec ea pauca
nec leuia redargui. Aut igit̄ iſta defende ſi potes : aut me
pupugiſſe illū : non moleſte feras. Equidē ſi in picturā
Jotti q̄s fecē ꝓĳceret : pati n̄ poſſez. Quid ergo exiſtias
mihi accidere: cū Ariſtotelis libros om̄i pictura p̄cioſio
res tāta traductiōis fece ꝯq̄nari videā. An nō cōmoueri
an nō turbari. Maledictis tn̄ abſtinui. Sed rem ipaz re
dargui. ac palā feci. Vale.

¶ Leonardus Salutē dicit Poggio viro clariſſimo.

J vales bn̄ eſt : eq̄dē valeo. Egi cū Coſmo: vt li
ſ ber ille ad te deferat̄. Quod ille pollicitus eſt intra
paucos dies ſe eſſe facturū. Tu cū illū habueris : ꝓuide
bis: vt a ſcriptore tuo pure: diligent̄q̧ cuſtodiat̄. Quod
aūt de librario mones: recte tu quidē: et amice facis. ſed
tanta ē apō nos huiuſmōi hoīm penuria: vt quāuis cu
piā : habere nō poſſim. Quare te rogo : vt ſi q̄ ratione
potes : hoc mihi negociū ꝯficias. ſi quē fortaſſe idoneū
huic opi alicūde eruere queas: ad me mittito ꝑquā cupi

de: ſuſcipiendũ habendũq;. Franciſcus Barbarus ad nos ꝓfect⁹ ē: cũ q̄ vna hic fui. Ac de te multa ab vtroq; noſtrũ. ſcio cũ rome fuerit: futurũ te illi in intimo ſinu. Itaq; nō pretermittendũ videt̃: q̄ minus te cōmonefaciã: efflagitēque operã: ac medelã tuã. cōpertũ habeo multa ꝑ emulos: obtrectatoreſq; meos ſiniſtre de me ad hũc eſſe ꝑſcripta. Qui ſit harũ calumniarũ fons tute noſti. q̄; ingrate: indigneq; id faciat: te non latet. Adiecit ſeſe huic: atq; addixit leuiſſim⁹ quidã homo: ꝓfeſſione hypocrita: patria ſodomites. Ambo ĩj de me ad Barbarũ vt compertũ habeo: ꝑuerſa quedã ſcripſere. Huic te rei queſo medelam appone: Tu eni ſcis quãti Barbarum ſꝑ feceri: et quanta cōmendatiōe illius nomē ꝓſecutus ſim. Hoc ille ex te audiat: Deiñ tibi notiſſimũ ē: nō mea culpa has inimicicias cũ Nicolao eē ſuſceptas. Nihil ĩ hac parte abs te poſtulo: niſi verũ. Pergratũq; mihi fuerit: ſi ꝓ rei notitia epiſtolã illã meam: quã de hac ipã ꝯtrouerſia ad te ſcripſi: Barbaro oſtendes ne aliud ꝓ alio cenſeat. Intelliget eni q̄d ego ad te ſcripſeri: minime in eo me eē mentitũ. Nam q̄d de vita aiũt: ipſa vita mea integerrīe acta: et cōmunis de me cenſura eos refellit. Verſor in oculis hoīm: atq; in luce ꝓbat⁹ quidē: et acceptus oīm iudicio. Nec ē quiſquã viuentiũ: cui ĩ hac parte integritatis: innocentieq; ꝯcedã. Nulla feditas in me. nullũ flagitiũ. nulla libido mala nulla iniuria vnquã reperietur. ſtudijs vero non quantũ cupio: ꝓficere poſſum. ſed tñ non fruſtra me in illis verſari: opa mea: laboreſq; teſtantur. conſtatq; me et curie romane commoda et huius vrbis emolumēta vltro oblata poſthabere: quo ſtudijs: ⁊ litteris dare operã poſſim. Quid ergo dicit ſodomites ille: cuius vna dumtaxat. cura ē: in angulis: atq; ĩ vmbris latere. Atq; vt totũ noris: ego de ĩjs reb⁹ nihil cũ Barbaro egi. Preſtare eni duxi hoc q̄cq̄d ſit apud eũ vlceris diſſimulare me ſcire. Quare et tu ſic accedas ad hãc medelã: q̄ſi neſcias: id q̄d ſcias. Ple

na ſunt omia inuidorū Poggi: et maleuolorū. ꝛ pverſorum hominū. ſed crede mihi: magno anio eos ꝯtemno. De barbaro aūt laborandū putaui: ne mea negligentia abalienatꝰ dici poſſit. Vale.

Leonardi Aretini Epiſtolarum Familiariū Liber Quintus Incipit.

¶ Leonardꝰ Vgoni Seneſi Salutē Plurimā Dicit.

Requent̄ dubitari pcipio in hac noua ethicorūint̄pretatione: quā publice legere cepiſti: qm̄ ita ſcriptū in ea ſit: Summū bonū quod oīa appetunt. Oriri aūt dubitationem: vel admirationē potius ex eo: q̄d antiqua int̄pretatio habuerit non ſummū bonū: ſed bonū. Itaqȝ ſuſpicari q̄ſdā viros: eoſqȝ ferme veteres ſtudioꝝ huiuſmōi ſectatores a me eē erratū: et maleuolos: obtrectatoreſqȝ meos id ipſum iā non ſecus ac manifeſtū: deprehenſumqȝ crimen circūferre. Quare et maleuolis reſpondere: et apud bonos me ipm̄ purgare quidā ſuadēt. Ego aūt huiuſcemōi mentis ſum: vt de maleuolis: et obtrectatoribꝰ illis non multū exiſtimē laborandū. Noui enī et q̄ ſint: et q̄ȝ facile ꝯtēnendi. Bonis aūt et ſtudioſis: qui nō maleuolentia aliqua: ſꝫ opinionis errore ducunt̄: veniā eſſe dandā cenſeo. Eſt enī difficile: ac ꝓtinꝰ arduum antiqua illa iampridē imbibita animis extirpare tā cito: ac euellere poſſe. Itaqȝ intueri licet interdū homines magis anxie male percepta dediſcere: q̄ȝ bona percipere. Ignoſcendū igit̄: et ſimul rn̄ſione mea ſatiſfaciendū: neqȝ ipſum apud hos purgandū ꝓbandūqȝ eſſe duco: vt veritate agnita: omī me crimie abſoluāt quā quā in hac mea cauſa: neqȝ difficile ſane ꝑ ſe: neqȝ obſcura illa ſubit difficultas: ꝙ de verbo greco ꝯtrouerſia ſit: de q̄ apud hoīes grecarū litterarū ignaros aſſenſionem facere ꝑarduū videtur. Sed tn̄ tanta eſt veritatis lux: tantūqȝ iubar: vt aliena etiā in lingua apparitu

rōne. Si v̊o q̊d ſit felicitas rñdebo felicitatē eſſe opacōez
ſecundū virtutē pfectā i vita pfecta. Oīs autē homo
rōez habet: et cū illa opatur Virtutē tñ pfectā rariſſimi
poſſident. Nō eſt ergo idē ꝓpriū opus hois:ac felicitas
Illa igit̄ expoſitō tua nō eſt recta:neqꝫ ꝯtēplatiua ꝓp̊a
eſt hoīs vita:ſ; actia. Non eni qr hō eſt ꝯtēplatur: ſed
qr eſt diuinū aliq̄d et ſepatū. Juſtitiā v̊o ac tēpantiā et
fortitudiez ceteraſqꝫ morales virtutes exercet vt hō Jta
qꝫ illa ē ꝓprie vita hois q̄ p morales virtutes agit̄. Atqꝫ
p hec q̄ hucuſqꝫ p̄miſimꝰ ſi recte īſpicias rñſuz ē ad pri
mū ac validiſſimū argumētoꝝ tuoꝝ. Contēplatiua eni
vita cū non ſit ꝓp̊e vita hois:neqꝫ diuitijs indiget:neqꝫ
ciuili potentia:neqꝫ magnificentia:neqꝫ ceterꝭ huiuſmo
di. Jtaqꝫ q̊d inquit Boetius ſtatū oim bonoꝝ aggrega
tiōe pfectū. ꝯtemplatia aūt paucis ꝯtenta eſt:ac extere

nam iſtā bonorū aggregationē ↄtēnit. Quippe cui ſatt eſt nihil ſibi deeſt ad ↄtēplandū. Hec ad Boetij ſententiā reſponſa ſint. q̄nq̄m̄ tu non recte facis : qui ex dictis Boetij Ariſtotelē redarguas. Contra nempe faciēdum fuit. Nam ſi Ariſtoteles contēplatiōez ip̄az ſatis eſſe putat ad beate viuendū conſtat Boetij ſententiā non ꝓcedere : qui aggregationē bonorū oim̄ exigit ad felicitatē. Alia ratio tua eſt ex defectu ſcientie. Si enī contēplatiu⁹ homo paucorū certitudinē habere poteſt : que tandem erit iſta felicitas ſcientie et cognitionis rerū ſterilis. Nā quid homo ſcire poteſt : aut q̄ꝝ rerū certitudinē habere Parua quippe hominū ſcientia : et paruo tēpore duratura. Hec eſt ſumma ratiōis tue. Profecto vel tentandi me gratia iſta dicis : vel non recte fundamēta capis huius diſcipline. Non enī om̄es qui contemplatiuā ſequūtur vitā felices dicim⁹ : nec om̄es qui actiuā. Sed cum quereretur vtrū actiua ⁊ negocioſa vita aptior ſit ad felicitatē : vel ocioſa vita in contemplatione rerū poſita: docet Ariſtoteles multis rationibus in hac vita quieta et ocioſa felicitatē magis exiſtere. non ꝙ actiuā vitā feliciте priuet: ſed ꝙ hanc preferat et anteponat quaſi diuine vite ſimiliorē. Quis igitur in hac vita contēplatiua felicitatē adipiſcetur? Non om̄is quidē: ſed ille qui ſapientiā et ſcientiā et intelligentiā ceteraſq̨ virtutes intellectiuas habebit : et in his exercitatus habitū earū confecerit. Js deniq̨ eſt qui ſecundū perfectā virtutē opabit̄ in contēplatione. Tu aūt neſcio quos ignorantes mihi proponis: et dum ſummū ac beatum ſapientia hominē indagare debes : ignauū quendā ⁊ hebetem inducere videris. At pauci tales fuerunt inquies. fateor. Cuncta enī precellentia rariſſima ſunt. ſed tibi affirmo multos eſſe potuiſſe. Quicunq̨ enī magno ingenio prediti hoc vite genus vere ac non ſimulate eligere maluerint et aſſidua ſedulitate cognitiōi et indagatiōi rerū puro anīo incūberent tales fieri pn̄t: mō longitudo vite ac ſanitas corporꝭ

ceteraq̃ oportuna ñ deſint. Magni viri Auguſtinus et Baſilius et alij ex nr̃is ꝑmulti hanc vitã ſectati ſunt. ex gẽtib⁹ vͦo Pythagoras et Plato et alij etiã ꝑmulti. An tu credis poſt Auguſtinũ nemiñe tanto ingenio natũ fu iſſe: q̃nto ille fuit. Multi crede mihi igenio pes illi fuerũt ꝟ ſtudiũ et ſedulitatẽ et vigilantiã ñ adhibuerũt eandẽ. itaq̃ ille palmã i ſtadio adept⁹ ẽ. illi vͦo aut nõ cucurrerũt i ſtadio: aut cũ incepiſſent i medio curſu fatigati deſtiterũt. Quare ſi rari ſunt q̃ ad ſummũ euadãt: nr̃am inturiã et negligentiã et ignauiã accuſem⁹. Recte quidẽ horatius de hoc ip̃o inq̃t. Qui ſtudet optatã curſu ↄtigere metã: Multa tulit fecitq̃ puer ſudauit ⁊ alſit. Abſtinuit venere et baccho. Nos in vtramq̃ dormiẽtes aurẽ ſummũ hoĩs bonũ adipiſci credimus. Nã de ſciẽtia q̊d dixiſti valde admiror. An tibi Pythagoras ⁊ Plato pauca ſciuiſſe videntur: qui ⁊ mathematicã ſcientiã incredibili ſubtilitate ꝑſcrutati ſunt: et celo terraq̃ nil fere icognitũ reliquerũt. Quid Ariſtoteles: qui tam numeroſa librorũ volumia de cunctis ſcientijs ac facultatib⁹ ſcripta nobis reliquit. An is tibi pauca: vel potius ĩfinita pene aliqua ſciuiſſe videtur? Equidẽ hunc virũ potius nimis multa ſciuiſſe dixeri q̃ȝ parũ. Quid Auguſtinũ an pauca ſciuiſſe dicem⁹: cuius tot extant volumina admirabilis doctrine. Quid Baſilius magnus: quid Gregorius Nazanzenus: quid Dioniſius Ariopagita: qui nõ cõtentus terrena atq̃ humana ſcrutari etiam celorum hierarchias ꝑſcrutatus eſt. Quid. M. Varro: quid. P. Nigidius: quid. M. Cicero noſter? An horum ſcientia libros requireret: non epiſtolam. Aliud eſt argumẽtum tuum per quod probare vis non eſſe ſummum bonum in contemplatione. Ais enim voluntatem nobiliorem eſſe intellectu: quod ſi ita eſt nõ conſiſtit felicitas in contemplatione que fit per intellectum: ſed in alia re que fit per voluntatem. Qꝫ autem ſit nobilior voluntas: ex eo probari inquis: quia cõmunior eſt voluntas

cum ſit etiam impoſſibiliū: et q̄ intellectui precipit voluntas: et q̄ eſt poſterius ī ordine nature. Certe ego ad hec vix reſpondere dignatus ſum. ita mihi videbātur abſurda. An tu voluntatem: que eſt irrationalis animi potentia nobiliorē eſſe dicis intellectu: qui ē ea pars animi que habet rationem: et que communis eſt nobis cum diis. Quis hec diceret? At communior eſt voluntas. Bonum autem quanto cōmunius tanto diuinius Hec tua ratio nobiliorē facit vegetatiuā aīaʒ q̄ʒ ſenſitiuam et q̄ʒ rationalem. Communior enim eſt vegetatiua. cum inſit etiam plantis: et animalibus cunctis. At enim rationalis homini ſolum. An igitur ex eo dicemus vegetatiuam nobiliorem eſſe rationali. quia communior? certe non. falſa igitur eſt ratio tua. At enim Ariſtoteles ipſe inquit. Bonum quanto communius eſt tanto diuinius. fateor. ſed hoc in ſeipſo verum eſt: non autem in comparatiōe aliorum. Verbigratia. Vegetatiua in ſeipſa multo maior eſt ac dignior: quia ineſt plantis et animalibus: q̄ʒ ſi ineſſet ſolūmodo plantis. Ita bonum quanto communius eſt tanto maius in ſeipſo. In comparatione vero ad aliud dignitas et excellentia attenditur. Rationalis enim anima longe dignior ac nobilior eſt q̄ʒ ſit vegetatiua: licet vegetatiua ſit communior. Hec idem dicendum eſt de voluntate et intellectu. Partes enī anime noſtre due ſunt. Vna rationē habens: altera irrationalis. Ea pars que rationem habet intellectus vocatur: et virtutes que in illa fiunt intellectiue dicuntur. Sunt autem hee virtutes ſapientia ſcientia intelligentia prudentia et ars. Morales autem virtutes non fiunt in ea parte animi que habet rationem: ſed in illa parte que non habet rationem in qua ira et concupiſcentia et metus et appetitus exiſtit. Quomodo igitur precipit intellectui voluntas: cum intellectus rationē habeat: voluntas non habeat

Nā ꝙ poſterius dicis eē in ordie nature voluntatē lōge aberras. Patet id ī pueris: quib⁹ ſtati ira ⁊ voluntas: et ꝯcupiſcētia exiſtit. At ratio et intellect⁹ ꝓcedēte etate i illis fiūt. Hec ad primā q̄ſtionē tuā dicta ſint Venio nūc ad ſecundā: in q̄ de mediocritate virtutis dubitare videris Ais eni Ariſtotelē virtutes oēs in medio poſuiſſe. Tu autē de quibuſdā contra exiſtimas vt de prudentia: de temperantia: de iuſticia: que quidē virtutes nō videntur tibi mediocritates eſſe: ſed potius extremitates. Antequā̄ huic parti reſpondeam illud declarare volo Ariſtotelē non dicere om̄es virtutes eſſe mediocritates: ſed morales tm̄. Hee nāq̃ virtutes ſunt circa affectus ⁊ actus: in quib⁹ parū et nimis vitupaṫ. mediū aūt laudaṫ. vt audere timere iraſci miſereri cupere ⁊ cetera huiuſmodi. Intellectiē aūt virtutes nō circa affect⁹: ſ; circa veꝝ et flm̄ v̄ſanṫ. Ariſtoteles igiṫ oēs virtutes morales mediocritates eē dicit. de intellectis aūt: ſi recte memi nuſq̄m̄ dicit. Tu forſan iperite facis q̄ prudentiā ⁊ tpantiā et iuſtitiā ſimul ꝯiūgis: cū prudētia intellectia ſit virtus: temperantia et iuſticia morales exiſtant. Q; aūt mediocritas quedā ſit tpantia patet. Eſt eni circa corporis voluptates: quib⁹ om̄ino ſeſe dedere flagitioſu; ē. Rurſus v̄o ab om̄ib⁹ penitus abſtinere: et oē; voluptatē refugere eſt quaſi inſenſibilitas quedā et inhūanitas: ſi et vina et epulas et conuiuiū et om̄em iocunditatē refugiat: qualē ego ne amicū quidē habere veli. Cū ergo hec extrema hincinde habeat tēperantia: q̇s negare pōt eā eē mediocritatē. De iuſtitia q̄; multo min⁹ dubitandū ē: cum ſit eq̄tas quedā. Equū v̄o mediū ſit inṫ plus et minus. At eni ſi mediocritatē iuſtitiā ⁊ tpantiā eē dicam⁹ inq̇s ſequereṫ vt mediocriṫ tpat⁹ eſſet laudabilior tpatiſſimo et mediocriṫ iuſtus eſſet melior iuſtiſſimo. Hec tua ratio nihil valet. licet eni virtus mediocritas quedā ſit inṫ exceſſu; et defectū: tm̄ ipſius virtutis nulla ē mediocritas. Ex q̄ fit vt ille q̄ tpantiā hab; nō mediocriṫ ſit tpatus:

ſed oino tpat⁹:nec q̄ iuſtitiā habꝫ mediocrit̃ ē iuſtus:ſed oino iuſtus. Deniq; vt tpantia mediocritas quedā eſt circa voluptates ita tpat⁹ mediocris q̄dē ē circa voluptates ꝗ nō circa tpantiā. Ais ꝑterea om̄e mediū cōponi ex extrēis. vt i nidoꝛib⁹ ac ſapoꝛib⁹ patꝫ. Si ergo virt⁹ mediū foret ī medio nō eēt ꝯtraria vitio: cū ſint ꝯtraria vitio illa q̄ plurimū int̃ ſe diſtāt. Mediū aūt pax diſtat ab extrēo Inſup ſequeret̃ vt ps vitij eēt virt⁹. vt patꝫ in ꝓdigalitate. Nā ſi illd̄ qd̄ ē nimiū i illa auferem⁹ erit liberalitas qd̄ remanebit. Ad hoꝛū ſingula bꝛeuiter reſpōdebo. Neq; eni talia ſunt vt multa verba mereant̃. Nego eſſe verū vt om̄e mediū ex extremis cōponatur. Pūctus eni qd̄ eſt mediū linee nō cōponitur ex linea. nec qui erat medius inter duos latrones cōponebatur ex latronibus. At ſapoꝛeset coloꝛes medij ex extremis cōponuntur. Fateoꝛ per admixtionē. In virtutib⁹ aūt admixtio non eſt ſed ſeparatio ac reiectio vitioꝛū. Non componitur ergo ex vitijs: licet ſit mediocritas inter exceſſum et defectū. Nec ꝯtria eſt vitio virtus ſed valde diſtans: cū virtus ꝑm rōeꝫ fiat: vitiū aūt contra rōeꝫ: et virtus bonū: vitiū malū: et illa laudabilis: illud vituperabile. Hec om̄ia contraria ſunt: ac multū inter ſe diſtantia. Ad aliud vero q̄d ais: ſi a ꝓdigalitate auferam⁹ ſupfluū pars illa mediocris que remanebit erit liberalitas: et ſic pars remanētis vitij erit virtus. Credebā te intelligere virtutem liberalitatis nō cōſiſtere in quātitate: ſed in diſpoſitione animi p electionē quando et quō cuius gratia largiatur. Itaq; ſicut hec pꝛius nō erant in ꝓdigo: nec iſta que remanet pars virtus erit. Tercia queſtio tua eſt de virtutibus: de quibus dubitare videris Vtrū a natura ſint: vel ab vſu. In quo illud ſimpliciter reſpondeo virtutē omnē eſſe habitū. habitus aūt omnes per exercitationem et vſum fieri. Ex quo palā eſt ab vſu et exercitatione virtutes exiſtere. eſt tamen nobis naturalis quedā diſpoſitio ad virtutes. Videmus eni manifeſte naſci il-

los ad alias virtutes aptiores. Nempe alij natura itre pidi aduerſus pericula exiſtunt: alij meticuloſi: quidam mites natura et verecundi. quidā effrenes natura et im pudentes: alij cupidi natura et rapaces: alij liberales et abſtinentes. huiuſmōi igitur diſpoſitōes homib⁹ inna te vel ad liberalitatē vel ad fortitudinē vel ad iuſtitiam non ſunt virtutes ꝓprie. Nam ꝓpria virtus eſt que ha bitum iam p̲ vſum exercitationēqꝫ contraxit. Vt eni fa bricando fabri: et cytharā pulſando cythared: ſic iuſta agendo iuſti. et fortia fortes efficiuntur. Ex his patꝫ ne qꝫ natura neqꝫ preter naturā: ineſſe nobis virtutē. ß ſu mus nos quidē ad illas recipiendas natura apti: perfi cimur aūt p̲ exercitationē et aſſuetudinē. Supereſt po ſtrema queſtio tua ſpinoſa ꝓfecto atqꝫ ardua Vtrū vir tutū ipſarū ſit conſortiū quoddā et quaſi conſecutio ta lis: vt qui vnā habet virtutē ceteras quoqꝫ oēs habe re neceſſariū ſit: vel ſeparari ac diſſolui abinuicē virtu tes poſſint. In qua quidē queſtione (vt tibi verꝫ fatear) ſoleo interdū diuerſa ſentire. Ratio enim me cogit fateri virtutes oēs eſſe inter ſe cōiunctas et catenatas indiſ ſolubili quodā nexu ſenſus vo cōmunis ab hac ſpinoſa ratione abhorret. Sꝫ pmittam⁹ nos rationi: ſenſuꝫ aūt in hac parte valere ſinam⁹. Primū igit̄ diſtinguēde vir tutes ſunt. hoc eni mō clarius id q̄d querim⁹ apparebit Virtutū alie ſunt naturales: alie ꝓprie vt pauloante oſ dim⁹. ꝓpriarū rurſus virtutū alie ſunt itellectiue: alie mo rales. Naturaliū ergo virtutum nō eſt conſecutio illa. poteſt eni eſſe quis natura cōſtans et intrepidus aduer ſus pericula et ſic naturalit̄ fortis: et tn̄ hic idē et rapax et auarus et iniuſtus et mic⁹ honeſtatis: vt pleroſqꝫ vi demus. Itaqꝫ in naturalib⁹ virtutib⁹ nō eſt conſecucio ſed ſepatio māifeſta. Moraliū aūt virtutū oīm catenati cio q̄dā eē videt̄: nec altera ab altera ſepari poſſe. Sūt eni habit⁹ cū rōne circa affect⁹ ani. Ratio aūt in hmōi virtutib⁹ a prudētia ē. Prudentia vo in oib⁹ affectibus

eadē eſt. Nō eni vnū curat aliū negligit. Ex quo fit vt
prudētia oēs virtutes morales ſimul liget: nec vllā ſepa
ri patiať. et q̄ vnā habꝫ virtutē oēs habꝫ. Reſtāt virtu
tes intellectiē: in quibꝰ n̄ video cur ſeꝑatio fieri n̄ poſſit.
Artifex eni quidā ꝑfcōez et habitū in arte ſua ꝯſecutus
vt Apelles in pictura Praxiteles i ſtatuis: nō neceſſe ha
bet rei militaris aut gubernāde reip. ſcientiā habere: aut
nature rꝝ cognitōez. imo vt Socrates in apologia do
cet hoc eſt cōmune vitiū in artificibus ꝙ vt quiſqꝫ in ar
te ſua excellit ita ſeſe decipit: putans i alijs quoqꝫ facul-
tatibus ſe ſcire que neſcit. Ars igitur ab alijs virtutibus
intellectiuis ſeparatur. Idem forſan de ſcientia et prudē
tia dicendū eſt. Prudens eni cū in agendo verſetur nō vi
detur requirere ſcientiā nature: cuius finis eſt non actio
ſꝫ cognitio. Itaqꝫ vt naturales virtutes ſic etiā intellec
tiue videntur ſeparationē recipere. morales autē nequa
q̄ꝫ recipiūt ſeparatōez: ſed data vna virtute morali cete-
re oēs eiuſdē generis ꝯſequunť. ¶ Leonardꝰ Arretinꝰ.

ſ Cripſiſti nuꝑ mihi ꝓponens queſtiones aliquas
ac me rogans vt illis reſponderē. Erant vō que
ſtiones ſatis peruulgate atqꝫ cōmunes. Poſita eni qui-
buſdam in capitibus Ariſtotelis opiniōe contra illā ar-
guebas improbareqꝫ tentabas. Ego igitur a te requi-
ſitus et rogatus queſtiōibus illis tuis per epiſtolā meā
reſpōdi. Ariſtotelis dicta defendens et argumēta tua di
ſſoluens. Feci aūt hoc valde modeſte vtpote qui ſcirem
huiuſmōi queſtiones diſputādi potius cauſa ꝓponi ſo
lere q̄ꝫ ꝙ ita reuera q̄ arguebat ſentiret. Expectabā vō
abs te ꝓ his que tibi reſponderē mihi grās agi. Ecce au
tem epiſtola tua ſuꝑ his ad me ſcripta valde intēperan
ter et ꝯtūelioſe. Pro grāꝝ ſiquidē actione mihi conuicia
reddidiſti. Itaqꝫ mecū ipſe obſtupui tantā i te ſtultitiā
leuitatēqꝫ ac ꝑuerſitatē nature exiſtere vt ꝓ bn̄ficio mi-
hi maleficiū retribueris. Nā ſi rn̄deri a me nolebas cur
me rogabas? Sin volebas cur mihi iraſceris qui id feci

quod a te rogatus fui. Si dicis me parū humaniter ti-
bi reſpondiſſe habes epiſtolā meam. Oſtende queſo illā
cuiuis intelligenti. nullus crede mihi de inhūanitace illā
reprehendet. Quid enim in illa ſcriptū fuit nō modeſte.
Nonne ab ipſo ferme initio hec ſunt verba. Queſtioni-
bus a te ꝓpoſitis reſpōdere conſtitui nō quo te doceam
ſed quo a te diſcā. An potuit humanius dici. In ſequen
tibus v̊o quod ē quod reprehendere valeas. Nā verba
quidē illa non recte capis: abſurdū videtur: ⁊ ſimilia in
diſputationibus neceſſaria ſunt. Tibi eni Ariſtotelē im-
pugnanti quid reſpondere poterā niſi negarē rationes
tuas eſſe veras: et quedā a te verba non recte capi oſten
derem: et non ita dicere Ariſtotelē vt tu aſſerebas mon-
ſtrarem. Hec eni cōmunia ſunt diſputantiū: neqꝫ preter
te vidi vnq̄ꝫ aliquē qui iſta cōmunia dici grauiter ferret
Qꝫ ſi vſqꝫ adeo arrogans es vt nihil cōtra tua dicta au
dire velis: rogare me nō debuiſti: vt argumentis tuis re
ſponderē. Ego eni quantū ad te attinet libenter quieſce
bā. Tu dormientē vocaſti: reſpondentē i ndignarꝭ. Int
cetera me ꝯtēnens hmōi ſentētiā ſcribis. Relique mihi
Ariſtotelē: cuiꝰ ego doctrina ibutꝰ ſuꝫ. tu aūt q̄ hec non
intelligis Tulliū ac Liuiū legas. O pecudē (Neqꝫ eni hō
appellari mererꝭ cui tā ſlm̄ de ſeipſo iudiciū ſit) certe me
valde miſeret ſtultitie tue q̇ te magnū aliq̄d eē putas cū
nihil ſis. q̄ꝫ p̄ſtaret teip̄ꝫ cognoſcere: q̄ꝫ tā fatue de te ip
ſo opiari. Sꝫ qm̄ mgrm̄ teip̄m facis: et mihi libros au-
fers: doce nos q̄ſo magiſter cucule: admirabilē phiam
tuā: ⁊ fatuitates illas tuas: q̄s i epiſtola ieptiſſime ſcrip
ſiſti: nobis declara. Potes q̇dē id facilir̄ agere. Nā vt au
dio non philoſophū modo ſed etiā oratorē te putas eē:
et epiſtolas tuas librarijs oſtētas: qui ſi ſcires q̄ꝫ inepte
⁊ ridicule ⁊ pueriles ſint eas potiꝰ ex libris doleres q̄ꝫ li-
brarijs oñderes. ⁊ q̇ tu es q̄ſo aut q̄lis: q̇ tā arrogāt̄ de te
loquerꝭ: a q̊ ſi ventoſitatē q̄s detraxerit iſtar veſice iſla
te nihil pēitꝰ remāeres. Q̄to meliꝰ foret tibi Franciſcū

barbarū et alios tue ciuitatꝭ viros clariſſimos: hūani-
tatel riſq; excultos imitari: q̄3 int̄ babiones nūerari vel-
le: quib⁹ incredibilis ignorātia cū intolerabili ſupbia ac
fatua ridiculaq; opinione ſui innata exiſtit. Vide q̄ſo q̄3
ſis int̄ babiones nūerand⁹. Propoſuiſti mihi queſtiōes
aliq̄s. Addidiſti argumēta quedā ꝯtra Ariſtotelē plena
ignorātie ac fatuitatꝭ tue: meq; rogaſti vt ad illa rn̄de
rem. feci q̄d poſtulaſti: et hūanit̄ q̄dē feci. Tu aūt hebetu
dine ingēti tāq̄3 i tenebris ābulans: nec mōſtrata tibi di
ſcernens ꝯtra tua dicta me dixiſſe indignaris: et ꝯtūelia
me indigne afficis: ⁊ vt tibi relinquā Ariſtotelē ſupbiſſi
me iubes. Ego igit̄ cū talis ſis q̄lē teipm̄ patefeciſti non
Ariſtotelē vt tu poſtulas: ſ; ſtultciā et leuitatē ⁊ ignorā
tiam tuā tibi relinquo: quib⁹ vitijs obſeſſus ac plane ob
cecat⁹ tāq̄3 talpa q̄dā lucē a tenebris n̄ diſcernis.

¶ Leonardus Nicolao

On putabā in vniuerſa grecia tm̄ eſſe lrāꝝ q̄ntū
n in te vno ꝯſpexi. Duas eni abs te epiſtolas acce
pi tanta elegātia nitoreq; cōſcriptas vt admirat⁹ equi
dem fuerim tibi inter alienigenas viuenti tam incorrup
tam patrū ſoli eloquentiam permanſiſſe. et ad primas
quidem litteras reſponſum exaraueram dandum illi ip
ſi religioſo: qui tuas ad me detulerat. Predixerat enim
mihi ſe ꝑpe diē abiturū fore. ꝑinde lrās pararē. Se eni
venturū ad me: ac lrās ſuſcepturū: qd̄ tn̄ nō fecit. Alias
poſtmodū tuas accepi lrās: taciturnitatē meā accuſan
tes et nihilomi⁹ grās agētes ꝙ illi religioſo quē mihi cō
mēdaras nō defueri. Ex hoc igit̄ poſtrēo intelligere po-
tuiſti me leto anio ſuſcepiſſe amiciciā tuā: ꝙ homi igno
to tuis apd̄ me lris cōmendato ita me volentē ⁊ cupien
tem obtuli vt ꝓmptius nihil fieri potuiſſet cū v̄a ſigni
ficatōe amoris erga te mei. Q; ſi rn̄ſum tūc nō habuiſti
culpa i me n̄ fuit q̄ rn̄ſū parauerā vt ſup̄dixi. nec tn̄ ve
nerabilē illū ac p̄ſtantiſſimū religioſū carpo. Multā eni

tã longũ iter igreſſuros occupãt et diſtrahũt. Sꝫ p̄teri-
ta omittã⁹: et ea dicam⁹ q̄ ad rē nrãꝫ ꝑtinēt. Ego mi ni
colae ꝑq̄mlibent te i amiciciã recipio virũ bñ lrãtũ ac ꝑ
humanũ et de me plus q̄ꝫ ipemet poſtulo egregie ſentiē
tem: eſtoqꝫ poſt hac nobis amicitia ñ vulgarꝭ ſꝫ q̄ boni
viri int̄ ſe diligũt ñ emolumēti ſpe ſꝫ cõprobatõe virtutꝭ
Hec eni amicicia ſtabilis ē neqꝫ ſimul cũ fortũa mutatꝛ.
Laudas traductões meas: ex q̄b⁹ Phedonē Platonis
et Ariſtotelis libros de morib⁹ ad Nicomachũ et q̄ſdã
Plutarchi vitas te vidiſſe cõmemoras. Vtinã tãtas me
rerentꝛ laudes q̄ntas tu illis tribuis. ſꝫ me ac ibecillitatē
meã noui: nec mihi i illis ſatꝭfacio. Verũtñ vt ſcias mul
to plura traduxi q̄ꝫ a te cõmēorata ſunt. Qꝫ aũt me hor
taris ad traductõeꝫ librorꝫ Platõis de rep. et ais vidiſſe
te eoſdē libros a neſcio q̄ intꝑrete ineptiſſime traductos:
atꝫ ob id magꝭ me hortarꝭ ad id on⁹ ſuſcipiēdũ. Reſpõ
deo tibi plane q̄d ſentio. Eq̄dē libros illos iampridē lati
nos facere aggreſſus eēꝫ ſi mihi placerēt. ſꝫ mltã ſunt in
ĩjs libris abhorrētia a morib⁹ nris q̄ ꝓ honore Platõis
tacere ſanctius ē q̄ꝫ ꝓferre. Qꝫ ãt offers opaꝫ tuã i grecꝭ
voluib⁹ cõꝑandis ꝑgratiſſimũ ē: rogoqꝫ et obſecro des
operã vt mihi emantꝛ volũia q̄ tibi noiati i ſcedula his
lrĩs incluſa expmo. ſtudebis tñ potius vetuſtos eligere
q̄ꝫ nouos: ſi haberi pñt. Tu igiꝛ hũc laborē mihi grati-
ſſimũ aſſumes. Ego autē vt aliqua tibi cõparentꝛ cura-
bo. Vale. ¶ Leonardus Cyriaco Anconitano.

q Vid mihi dabis Cyriace ſi de vrbe Anconitana
tibi multa ac preclara vetuſtatis monumēta oñ
dam: que tu nunq̄ꝫ vidiſti: licet acarnaniã totam cum
etholia et boetia luſtraris ac peloponneſuꝫ ſpartamqꝫ
et argos inſpexeris: et quicquid antiquitatis eſt in illis
erueris et Athenarum propylea nobis deſcripſeris: ego
tamen dum tu peregrinando aliena conquiris ipſe ma
nendo domi tua.i.patrie tue monumenta tibi inuiſa in
cognitaqꝫ proſpexi. O magnã vim animi noſtri ac pe-

nit⁹ diuinam. Siquidē dum ſtamus domi ipſe peregrinatur: nec diſtantia modo locis adit: verūetiam que iā mille annis geſta ſunt tamq̄ꝫ preſentia intuetur. Sꝫ ne te per lōga demorer aperiam quid rei ſit. Scripſi nouiter libros quattuor de bello italico: quod Belliſarius et Narſes iuſtiniani duces aduerſum Gothos geſſere. In eo bello multa ac preclara de patria tua anconitana reperi: ac reperta libens perſcripſi. Nam et obſidio eius vrbis terra mariqꝫ a gothis agitata et pugna naualis egregia et inſignis circa eam cōmiſſa: in qua ſeptuagintaquinqꝫ naues longe pugnauerunt: et ſitus oppidi: q̄ tunc erat ac cetera permulta memoratu digna referuntur: in quibus ſcribendis tu aliquid etiam mihi caloris et impetus addidiſti ꝙ tibi ac ciuibus tuis hec placitura exiſtimabā: et ſunt maximo ornamento veſtre ciuitati. Eſt autem hec non tranſlatio ſed opus a me compoſitum: quemadmodū Liuius a Valerio antiate: vel a Polibio megalopolitano ſumpſit et arbitratu ſuo diſpoſuit. Hanc vero hiſtoriā meam ſi tu inſpicere voles: non aliter tibi oſtendā q̄ꝫ ſi oīa epigrāmata omniaqꝫ vetuſtatis monumenta que in toto orbe terrarum collegiſti ad me feres. Vale. ¶ Leonardus Aretinus.

Laudo generoſitatē tuā reuerendiſſime pater ꝙ nō circa negocia curie vt ceteri faciunt totus incumbis ſed politioribus interdū ſtudijs mentē cōuertis. Qꝫ aūt diuerſa videntur tibi relata de legiōe illa que regiū occupauit non eſt mirabile. Scriptores eni ⁊ antiqui interdū diuerſa repiunt̄ tradidiſſe: vt ī Liuio videre licet: q̄ Valeriū Antiatē et Fabiū pictorē et Piſonē frugi n̄ ſolū in numero ceſorum verumetiā in rebus ipſis geſtis ſepe diuerſa tradidiſſe teſtat̄. Ego igit̄ ī cōmentarijs illis q̄s tu legiſti Polibiū megalopolitanū ſecut⁹ ſuꝫ. magnū ꝑfecto virū ⁊ ſcriptorē egregiū ac ſumme apd̄ grecos auctoritat̄. Floruit āt maxie ꝑ Scipiōis Emiliani tempora: cum quo etiam in Africa bello carthaginenſi fuit.

Tradit vero ex ea legione que regiū occupauit trecētos
dūtaxat viuos in poteſtatē romanorū veniſſe: q̄ romā
ducti i foro verberati ac ſecuri ꝑcuſſi fuerūt. Liuius aūt
in orōe quadā Scipionē inducit dicentē totā legionem
ſecuri ꝑcuſſam fuiſſe. In hoc igit̄ varietas ē: ꝙ hic de to
ta legione ſumptū ſuppliciū dicit: ille vero de militibus
trecentis dūtaxat. ſed forſan non eſt ita diuerſum vt ap
paret. Legio enī congregationē ſignificat vt grex: vt cō
uentus: vt ſenatus: vt populus. Si de grege q̄dringēto
rū capitū demantur ducēta: tn̄ remanebit grex. ac prio-
rem appellatiōez retinebit. Similiter cōuent⁹ centū mo
nachorū ſi ad vigiti redigatur: tn̄ erit ꝯuentus. ⁊ popu
lus decēmiliū hoīm ſi ad trecētos redigat̄: tn̄ erit popu
lus. ⁊ ſi trecenti iſti ſupplicio afficient̄ totus populus il
lius ciuitatis dicetur fuiſſe ſupplicio affectus. Romul⁹
ab initio ſenatū inſtituit viroꝝ centū. Vn̄ centūuiralia
iudicia dicunt̄. Si quinq̄ginta ex illis mortui fuiſſent: tn̄
reliqui ſupſtites totus erat ſenat⁹. Etenī ſi legio illa de-
cē annis regiū poſſedit: neceſſe ē vt multi ex ea legione il
lo decēnio interierit In obſidiōe etiā et plūs multos ce-
cidiſſe ꝯſentaneū eſt. Non ē igit̄ veꝝ vt de q̄ttuor milib⁹
peditū et eq̄tib⁹ ducēt̄ fuerit ſuppliciū ſumptū: ſ; ijs dū
taxat q̄ ſupſtites ex ea legiōe fuerāt. Reſtat alia dubita
tio: ꝙ florus in deditionem acceptos: ego expugnatos
dixi: i q̄ illō intelligendū eſt ꝙ q̄ ſeſe dediderūt milites in
deditionē accepti ſunt: q̄ repugnauerūt nec ſe dediderūt
expugnati ⁊ interfecti ſunt. Nec ē incōueniens capta vr
be vt pars abiectis armis ſe dedat: pars vō interire ma
lit q̄ȝ deditionē facere. Itaq; hic q̄ diuerſa vident̄ n̄ ſunt
diuerſa: et idē dicūt ſcriptores: licet p̄mo aſpectu diuerſa
dicere videantur. ¶ Leonardus Aretinus.

Idi illa q̄ a te ſcripta ſunt aduerſus inuidiā lau-
v dauiq; et laudo ingeniū tuū. ſ; mihi videtur lōge
plura dici poſſe aduerſus ſtulticiā q̄ȝ aduerſus inuidiā.
Cum enim vtraq; ſit malū ſtulticia tn̄ deterius ē. Vide

queſo rõnes q̃ me in hanc ſententiã trahũt. Dicã eni bre uiť et q̃ſi pũctis q̃buſdã illas attingã: q̃ꝝ illa mihi pma ratio ſit ꝙ inuidia quidẽ nõ ignorans eſt ſtultitia uo ig norãs. q̃nto aũt ſcire q̃ȝ neſcire pſtabilius ẽ: tanto dete- rius eſſe ſtultitia q̃ȝ inuidia repiť. Qꝫ aũt nõ ſit ignorãs inuidia patet. Cognoſcit eni et cui et ꝓ quib⁹ inuideat. Nam cui inuideret ſi ignoraret. At eni ſtultitia cũcta vt ita dixeri ignorat et ĩ hoc ĩpo ridiculo falliť ꝙ ſibi putat inuideri cũ nemo inuidet. Jtaqȝ poete carere luminibus ſtultitiã dicunt. inuidiã vero pſpicacẽ nimis intuitũ ha bere. A videndo nẽpe inuidia dicta eſt. Nam vt inſerui ens ꝑpoſitione augetur: ſic etiã inuidia. Vtrũ igitur de terius ẽ: id ne qd ignorans et cecũ eſſe cõſtat: an id quod ſcire ac videre cõfitemur. Preterea inuidia illi ipſi q̃ inui det boni alicui⁹ cauſa interdũ fuit. vt Ariſtoteles cõmo tus ex Jſocratis gloria dedit operã eloquentie ac precep ta dicendi cũ ſapientia cõiunxit. et Themiſtoclem Mil- ciadis trophea de ſomno excitabãt ad parẽ vel maiorẽ gloriã ſibi cõparandã: multaqȝ hmõi afferri poſſunt ex empla. At enim ſtultitia nihil om̃ino parit q̃d bonũ ſit. Jtaqȝ monſtrũ eſt: vt inq̃t ſatyrus: nulla virtute redẽp tũ. Jnſup ſtultitia deridetur et contẽptui habetur. inui dia aũt neqȝ deridetur vtpote intelligẽs: neqȝ contẽptui habetur vtpote maiora ꝯcupiſcens. Quis ergo dubitet quin magis fugienda ſit ſtultitia q̃ȝ inuidia: cũ ſtulticia ridiculos et abiectos hoies faciat: inuidia nõ faciat. Eq̃ dem cognoui peruſinũ quendã etate iam ꝓuectũ: cum ego tunc adoleſcens eſſem. Hic Peruſinus admirabilẽ q̃ndã poetarũ et oratorũ ſe habere ſcientiã exiſtimabat. Sciebat aũt vt ita dixeri nihil. tñ ſtultus hõ credebat ſi bi ab homib⁹ ĩuideri: et de hoc plurimũ querebať. Erat vero qui illi inuideret penitus nemo. Js ſi mihi charus eſſet mallẽ vt inuideret q̃ȝ ſic ſtultũ eẽ vt ſibi ab aliquo inuideri putet Cognoſceret eni ignorantiã ſuã: nec de ſe ipſo tã fatue opinaretur: nec ſibi putaret inuideri: cũ ni

hil in ſe habeat qđ inuidiã mereat̃. Hec ſunt q̃ mihi ad-
uerſus ſtultitiã inp̄ſentiarũ occurrũt. Credo aũt ſi exco
gitare voluero: plura etiã eſſe mihi de hoc ipſo ſupuẽtu
ra. Vale.

¶ Leonardus Antreoctio.

r Ecte fecit noſter Franciſcus ꝙ te meo nõie ſalue
re iuſſit. Id eni ſibi noiatim mandaueram: cum de
te prius ac de omĩ ſtatu tuo percontatꝰ eſſem. Gratias
igit̃ ago et ipſi Franciſco qui mandata fidelit̃ pegit mea
et tibi qui eam ſalutatiões tam grate ſuſcepiſti. Equidẽ
ex ea re lucrũ ingens reportaſſe me ſentio: ꝙ litteris tuis
humaniſſime ſimul ameniſſimeqꝫ ſcriptis fueri verſa vi
ce abs te nõ ſalutatus modo verumetiã honorificẽtiſſi-
mis verbis ornatus: in quibꝰ q̃nta vis amoris erga me
quantaqꝫ mei nomis redũdans affectio inſit ꝑfacile in
telligo. Qꝫ aũt in eiſdẽ litteris poſtulas vt amem. Currẽ
tem crede mihi vt currã hortaris. Ego ne cũ in te tantũ
amoris erga me cernã tantũ beniuolentie tm̃ charitat̃
tibi in ijs ipſis affectibꝰ non reſponderẽ: p̄ſertim cũ ipe
is ſim qui ſemper neceſſitudinẽ quandã et coniunctionẽ
arctioris vinculi exiſtimarẽ eſſe mihi cum omnibus qui
eiſdem litterarũ ſtudijs detinentur. Similitudo eni vo-
luntatis eademqꝫ appetitio et affectio maius interdum
efficaciuſqꝫ beniuolentie vinculũ eſſe videt̃ qꝫ illa ꝯſang
uinitas aut generis neceſſitudo. Cum ergo te ijs ſtudijs
delectari cernerẽ quibꝰ ego delector te nõ amare nõ po-
ſſem: etiã ſi amor tuus mihi ignotꝰ eſſet. Feruente vͦo a-
more tuo erga me ſeqꝫ palã oñdente duplici vinculo tra
hor ad amandũ. et de amore quidẽ mutuo ſatis dictum
in preſentiarũ ſit. De principatu vͦo litterarũ: quem eta
te noſtra mihi ꝯſenſu oĩm tribui affirmas haud equidẽ
aſſentior. nempe qui ipſe mihi nõ ſatiſfaciã in dicendo
nec aures meas iplere poſſim. Itaqꝫ conari tm̃ me ſen-
tio: nec tñ ꝑficere in quibꝰ conor. Tu vale mi ſuauiſſime
Antreocci: et vt facis hec ſtudia amplectare.

¶ Leonardus Joanni.

Upienti mihi vehementer ꝓſpera de te audire ſu
c ꝑuenerunt littere tue ſingularis amoris et offitij
plene: quib⁹ certior factus ſum te bene valere ac ſtudijs
ſacrarū lrāꝝ aſſiduā operā dare. O res duas mihi opta
tiſſimas de te cognouiſſe. Nā et valitudo corporis nece
ſſaria ē homī in acq̄ſitiōe veritatꝭ occupato: et electio il
la ſtudiorū maxie ꝓbanda ē que diuiniora ſectaī. Jam
enim videre videor aciē ingenij tui circa illius vere eſſen
tie cognitionē: quantū fas hoīm ſit: toto nixu erectam.
Nec miror te dū celeſtia ſcrutaris terrenorum obliuiſci.
Suſcepi etiā ex eo voluntatē q̄zmaximā ꝙ mihi ſignifi
caſti Gaſparem Bononienſem ſummū iudicio meo ho
minē a te auditū ſuꝑiore anno ī diſciplina morali fuiſſe.
Crede mihi Joannes fortunat⁹ es huius viri ꝯuerſatio
ne atq3 doctrina: quē ego vnū admiror maxie: quē vera
phīa veraq3 ſcientia nō fatua vmbratiliq3 imbutū ſenſi
iādiu atq3 exꝑtuſſiz. Huic tn̄ ihereas ſuadeo: ꝛ q̄ad fieri
pōt nūq̄3 dimittas. Pluria q̄ppe ſunt illi⁹ viri ornamē
ta cū lrāꝝ tū diſciplinarū vt doleā equidē et intꝰdū indig
ner tā mirifice doctū hoiem ac tā excultū decidiſſe: de q̄
veriſſime dici pōt. Lux in tenebris lucet. Sz nō plura de
hac re que corrigi nō pōt. Q2 aūt de meteororū ꝯuerſio
ne flagitatꝭ ābo: eſſet mihi q̄3 iucūdiſſim⁹ labor: mō ꝑ
occupatōēs meas liceret. verū ego et defeſſus iā ſuz eta-
te ꝛ iſuꝑ occupatōib⁹ varijs obſeſſ⁹. De hiſtoria v̄o q̄d
petis: ſcias me poſt diſceſſuz tuū q̄ttuor libros de bello
italico aduerſus gothos geſto ſcripſiſſe. Scripſi v̄o il-
los n̄ vt interpres ſ3 vt genitor ꝛ auctor. Queādmodū eni
ſi de p̄ſenti bello ſcriberē: notitia q̄dē reꝝ geſtarū ex audi
tu foret: narratio v̄o ac diſpoſitio ꝛ verba mea eſſent ac
meo arbitratu excogitata ꝛ poſita. Eodē itidē mō ip ſe
notitiā tm̄ reꝝ geſtarū de illo ſumēs in ceterꝭ oīb⁹ ab eo
receſſi vtpote q̄ hoc vnū haēat bōi ꝙ bello īſuit. cetera
illi⁹ ſunt ſpernēda Eos libros Ceſarno nrō miſi. Vale.

¶ Leonardus Aretinus.

Olo cognoſcas ſimplicitatē meā vel potius pu-
v ritatē. Nuꝑ eni cū in ſancte crucis tēplo me con
uenisti ac verba feciſti de reſponſo Caroli nō intellexi ex
illo reſponſo te velle aliquid inferre aduerſus me. Itaqꝫ
nihil ad hanc partē tunc reſpondi vtpote qui nō ſuſpi
carer te expoſtulare aliqd poſſe tm̄modo cohortat⁹ ſuꝫ
ad cōtentiones deponēdas vt turpe litteratis hoībus
huiuſmodi altercationes euenire. Poſtea vero referente
mihi egregio adoleſcente Jacobo: cui tu verba ſuꝑ hoc
feceras: intellexi ex te illo reſponſo ſuſpicari ne Caroli ro
gata illa ſcripſerim que nuꝑ ad Leonardū dati vir pre
ſtantē mihiqꝫ amicū de inuidia ſtultitiaqꝫ cōſcripſi: que
ſuſpicio ſi i te eſt: eā queſo deponas. Nullius eni ego ro
gatu vel ſuaſione vel cōſpiratione illa ſcripſi: ſed ex me
ipſo citra vllā malignitatē animi de genere ipo diſputa
ui: quēadmodū de auaritia et ꝓdigalitate diſputari ſo-
let vtra illarū ꝑniciosior ſit ac nocentior. Nec vo ſum
adeo leuis vt alterius rogatu vel impulſu moleſtus cui
qꝫ eſſe quererē: preſerti beniuolis et amicis: qualē te pu-
to. Quare de me vt aliqd tale exiſtimes cauſa nō eſt. illū
aūt q̄ reſpondit video aliunde ſcire potuiſſe que ſcripta
fuerant. mecū certe nihil de hac re ipſe contulit.

¶ Leonardus Alfonſo.

Ergrate mihi fuerūt epiſtole tue reuerende pater
p ac doctiſſime vir quas ꝓxime ſuſcepi mirabili ſa
pientia et optimorū exemplorū copia refertas: in quib⁹
multa me delectarunt: et inp̄mis pugilū illa ſimilitudo
ad cauſam vtriuſqꝫ noſtrū veriſſime accōmodata. Ete
nim ſi in armoꝝ certamibus et in gladiatorio ludo: qui
ferro interſe dimicant: tamen amici poſtea remanent:
quanto magis id eſſe debet in certaminibus litterarum
in quibus non ferro ſed ingenio decertatr̄. Ego igitur ꝓ-
tinus in hac parte tibi aſſentior: atqꝫ gratias ago ꝙ ad
me ſcribere ex tam longa diſtantia locorum dignat⁹ ſis

mentemq́ tuã amiciſſimã oſtendere. Vt autem videas in me q̃z eandẽ fuiſſe iampridẽ: et nunc eſſe diſpoſitionẽ et mentem: ſubijciam hic verba que iam pluribus mẽſibus ad amicũ quendã de te ſcripſi. Nam cũ ille ſcripta cuiuſdã maliuoli contra opuſculũ quoddam meum ad me miſiſſet ac hortat⁹ eſſet vt illi reſponderẽ: quemadmodũ Alfonſo nuper reſponderã. Ego tamẽ mea cũ aduerſus illius calumniã defendiſſem in hũc modũ tandem ad amicũ verba feci. Hec pro cognitione tua ſcripſiſſe volui ⁊c̃. Reliqua vide ĩ epiſtola.4.libri.8. ¶ Hec fuerũt verba mea tunc ad amicum de te ſcripta. Potes igitur ex his videre qualis ſit animus erga te meus cũ iampridem ita de te nõ voce modo ſed et litteris fuerim atteſtatus. Quare ſit iam nobis inter nos amicicia vera: qua boni viri ſeſe inuicem diligunt: non ſpe vtilitatꝭ ſed opinionẽ virtutꝭ. Q⁊ autem meorum opuſculorum aliquid poſtulas: non erat ſane apud me nunc qd ad te mitterem ſed imposterum curabimus vt tibi non deſit. Amicorum enim communia oĩa. Miſi enim iampridem ad dominũ regem hiſpanie: qui hoc per ſuas literas poſtulauerat: libellos quoſdam meos: in quib⁹ fuit opuſculum: cuius titulus eſt Iſagogicon moralis philoſophie. Hoc rogo vt videas: et ad me reſcribas quid tibi videatur. Vale ac me ama. Florẽtie die.4.ſeptembris.M.cccc.xlij.

¶ Leonardus Aretinus.

c Vm ex agro Aretino in quo ruſticationis cauſa fueram multos dies commoratus Florentiam rediſſem inueni domi epiſtolam tuam elegantem profecto ac diligenter elaboratam in qua reprehendere me operam tuam quam hebraicis litteris perdiſcendis dares te audiuiſſe ſcribis: ac rationem tui facti reddens ſtudia earum litterarum inprimis neceſſaria oſtendere conaris. Ego autem quid tibi de me retulerit

excellens ille vir quē tu allegas neſcio. Illud tamen ſcio non quaſi rem turpem reprehenſam fuiſſe a me illarum litterarum cognitionem et ſtudiū: quaſi minus vtilem ac vt ita dixerim ſuperuacaneam operā. Littere enim ille quicquid habuerunt boni iampridē in latinū trāſlatū eſt. nec leues quidē auctores ſed grauiſſimi ac doctiſſimi tranſtulerūt. Hic tu quid amplius requiras nō equidē intelligo niſi forte illis ipſis intpretibus diffidis ac eos in diſquiſitionē et iudiciū vocare cōtendis: quod ſi facis crede mihi ineptus ſis. At eni inqs. ſummū bonū et cognitionē dei ante oīa querere debem⁹. Fateor. ſed ſi ad hoc neceſſariā putas hebraicarū litterarum ſcientiā vehementer erras. Neqꝫ eni Auguſtinus neqꝫ Baſilius neqꝫ alij ꝑmulti ex noſtris ac grecis qui hebraice loqui neſciuerunt deū cognouiſſent: ſi abſqꝫ litteris hebraicis dei cognitio haberi non poſſet. Quinetiam iudeos videm⁹ litteris hebraicis q̄ȝ optime inſtructos: eoſdē tamē ſummi boni ac veri dei cognitionē nequaq̄ȝ habere: ſed inimiciſſimos eſſe religionis et fidei. Ita non in cognitiōe litterarū hebraicarū conſiſtit id bonum quod tu queris ſed in alijs. At eni hieronymus poetarū fabulas et oratorum argutias dānat. Quid ad rem? ego enim te non ad fabulas poetarum: neqꝫ ad argutias fori voco. ſed ſi philoſophie ac liberalib⁹ ſtudijs opera danda ē: ſi diſciplina et moribus imbuendi ſunt hoies (quod nemo ſane mentis vnq̄ȝ negabit eſſe faciendū) multo cōmodius et plenius latinis et grecis litteris fieri id poſſe dico q̄ȝ iudeorū barbarie. Qȝ ſi hec ſtudia negligenda ſunt: et contemplationi dei incumbendū: ad eam rem non eſſe neceſſariā hebraice lingue ſcientiā affirmo: cum multi in ea lingua eruditiſſimi peruerſa de deo ſentiant: et ſint religionis perfidiſſimi hoſtes: multi etiam illius lingue ignari ad perfectionem veritatis aſcenderint. At enim inquis. fundamenta recte fidei a iudeorum libris exiſtunt: qui etſi ſint tranſlati melius tamen eſt fontes conſecta

ri q̄z riuos. Certe ſi chriſtiani ſumꝰ non autē iudei: apđ nos eſſe fontes dico: non apud illos. Nouū enim teſtamentū totū vt ita dixerim noſtrū eſt: non iudeorū. Ex quattuor enī euangeliſtis vnus dūtaxat hebraice ſcripſit: ceteri om̄es greca lingua euangelia ſua ediderūt. Ex epiſtolis v̍o Pauli vna ſolūmodo hebraice ſcripta fuit: cetere oēs alia ligua. Actus apoſtolarū Lucas grece deſcripſit. Apocalipſis Joannis grece ſcripta ē: nō hebraice. An hi riui tibi vident̄ ac nō fontes? Adde tamen multos ac tam preſtātes doctores chriſtiane fidei: quos habet latina lingua et greca Dioniſiū Ariopagitam: Gregorium Nazanzenum: Baſilium: Criſoſtomū: alioſq̄ permultos grecorū excellentiſſimos. Latinorū vero Auguſtinum: Hieronymū: Ciprianū: Ambroſiū: Gregoriū Thomam Aquinatem: et alios item permultos. Si igitur chriſtiane fidei cognitionem perfectam ac non vulgarem habere vis: hos lege queſo atq̄ intellige: quorū nihil ſimile apud Hebreos reperire potes. Quid concilia in quibꝰ permulte hereſes ac varie chriſtianorū lites ſunt penitꝰ extirpate. nōne tota latinorū et grecoꝝ ſunt hebraicorū v̍o nulla. Quid igitur apud hebreos queris an chriſtiane fidei fundamēta? certe apud nos illa ſunt nō apđ eos. Diſputatiōes doctoꝝ et determinatiōes dubietatū? At ille apud nos reperiuntur: non apud illos. Enimuero inquies multa ex ꝓphetis et ex alijs hebreorū libris ad confirmationē chriſtiane fidei elici poſſunt Fateor. ſed hec ipſa iampridem interpretata et tranſlata fuerunt a multis doctiſſimis viris vt nihil lucri ſit illa magis hebraice legere q̄z ſi latine legas. niſi forſan diffidis Hieronymo doctiſſimo ac ſanctiſſimo viro: et tibi ipſi confidis melius intelligere poſſe q̄z ille intellexit. Dare igitur te operam hebraicis litteris voluptatē fortaſſis animi afferre tibi aliquā poteſt: vtilitatem vero nullam. ceu ſi quis vinum ex prelo haurire malit q̄z ex dolio: quoniam in prelo ante q̄m in dolio fuit. Neq̄ ve

ro mihi obieceris grecarū litterarū ſtudia et operam il-
lis impenſam. Si eni tales interpretes: qualis Hieroni-
mus fuit greca lingua habuiſſet magno labore me et ce
teros liberaſſet. ſed qui libros Ariſtotelis tranſtulerunt
barbaros magis q̄ʒ latinos effecerant. Deinde quid ſi-
mile habet grecorū eruditio cū iudeorū ruditate? Greca
enim lingua phie ceterarumqʒ diſciplinarū gratia addi
ſcitur. confert etiam latinis ad perfectionē litterarū. Ea
dem quippe origo videtur: eademqʒ inſtitutio: ac eedē
pene litterarū figure. Apud hebreos autē nullū tale i vi
ta meritū eſſe poteſt. Nulli enim ex illis philoſophi: nul
li poete: nulli oratores reperiūtur. Lingua vero ac figu-
ris litterarum ſic abhorrent a noſtris vt et in ſcribendo
contraria via incedant q̄ʒ nos incedam9. Cum hac lig
ua tibi quicq̄ʒ commercij ſit: cuius littere comites no-
ſtris eſſe non poſſunt: ſed cum dextrorſum incedant:
noſtre ille ſiniſtrorſum aufugiant. Eloquētiam vero
ac dicendi artificium: quod tu auctore Hieronymo im
probare videris: beato Paulo apoſtolo non diſplicuiſ-
ſe conſpicimus: qui cum in iudicium Hieroſolymis trac
tus eſſet: ac iam pro damnato haberetur: iniecto mul
titudini ſcrupulo: q ipſe phariſeus eſſet: ac reſurrectio
nem animarum crederet: et ob id perſecutionem patere
tur: ſeditione apud auditores concitata euaſit. Rur-
ſus vero cum apud Agrippam et Feſtum cauſam dice-
ret: proemio ac geſtu oratorio vſus eſt. Extento ſiqui-
dem brachio et manu breuiter ſublata principium dicē-
di fecit: vt Lucas euangeliſta teſtatur: Agrippum cō-
pellans: ac ſibi quod iampridem optaſſet datam facul
tatem affirmans vt a rege cauſa ſua cognoſceret: adeo
qʒ perſuaſit dicendo vt liberandū rex diceret niſi ceſarē
appellaſſet. Homini quippe in cōmuni vita degenti ne
ceſſaria eſt eloquentia: qua conciliet ſibi animos: qua
impetus maliuolorū infringat: qua iuſticiam ſuadeat.

Itaq; ſtoici vnã ex maximis virtutibus eloquentiã po ſuerunt. Nec te deterreat iudicij dies: de quo inquit hieronimus. O quot illic elingues feliciores erunt diſertis: et quot ruſtici oratoribus pferentur. Nam licet hoc mõ de omib⁹ dicere. Quid eni vetat vt ille de oratoribus et diſertis: ſic etiam me de theologis dicere. O quot illi ruſtici et illiterati feliciores erunt multis qui ſacrarũ lrãꝝ cognitioni vacãt. Siquidẽ Arriani et Manichei et Sabelliani ac ceteri heretici: qui in lris ſacris verſati peruerſe de deo opinati ſunt ſempiterno igne damnantur. Habes nunc iudiciũ meũ de hebraicis litteris: neq; tñ tibi legem impono quo min⁹ arbitratu tuo agas. Sed neq; tu legẽ imponere mihi debes quo minus libere dicã que ſentio. Vale. xij. cal. ſeptembris.

¶ Leonardus Arretinus ad regẽ Hiſpanie.

Rem incredibilẽ ſereniſſime pⁱnceps ſed tñ verã excellẽtie tue p has lrãs indicabo. Nec erit ingratũ vt opinor eam rẽ ex me potiſſimũ cognouiſſe. Scripſi nup libros quattuor de bello italico aduerſus Gothos geſto. In eo bello q: vrbs Neapolitana bis obſeſſa fuit et bis capta. Primũ a Belliſario Juſtiniani duce Poſtea vero a Totila Gothorũ rege: et vtroq; tpe magna ac notabilis fuit obſidio. Decreuerã eos libros tibi eandem vrbem obſidenti trãſmittere: ſed retardauit me reſpectus quidã q veritus ſum ne aliquos offenderẽ: ſi viam et occultũ aditũ quodãmodo monſtrarẽ ad vrbem capiendã. Cũ igitur ob hunc reſpectũ detinerer ecce tua virtus admirabilis Neapolim cepit p eũ maxime modũ vt audiuimus: quo in eiſdẽ libris deſcribitur a Belliſario fuiſſe captã. Itaq; ego hec audiens obſtupui poſt mille ferme annos eandẽ vrbem eodẽ modo captã et ſeruatã fuiſſe. Neq; eni minorẽ humanitatẽ tuã fuiſſe audiuimus in conſeruãdo ciues q̃z tunc fuerit Belliſarij: neq; minorẽ induſtriam in capiẽdo. Nec putet aliquis me iſta fingere. Nam libri illi ſex menſib⁹ añ editi a me

BIBLIOTEKA ... w Poznaniu ...

fuerant q̃z tu vrbem illã cepiſti : multiq̃z iam illos non legerant modo verumetiã tranſcripſerant. Vt aũt videas modũ quo Belliſarius tunc Neapolim cepit: mitto tibi partẽ illã libri in q̃ captiuitas eius vrbis deſcribit. Vale decus ſeculi noſtri. xvij octobris. Florentie.

¶ Leonardi Arretini Epiſtolarũ Familiariũ liber Nonus et vltimus finit. Laus deo.

¶ Emẽdatio erroris librarij i t̃cio libro epiſtolarũ.
¶ In epiſtola nona libri tercij que incipit Egiſti mecũ vbi legitur quantũq̃z iudicio oim fama teſtatur: legendum eſt q̃ntũq̃z iudicio oim qui rei militaris peritiã habent: excellere putet: ꝯſentiens oim fama teſtatur.
¶ Error notatus in quarto.
Epiſtola octaua libri quarti : que incipit Vereor ne: legit qui q̃d luculentũ exiſtias: adde: a me ſcriptũ exiſtias.

¶ Impreſſum ẽ hoc opus epiſtolarũ Liptzk p Jacobũ Thãner Herbipolẽſem Anno ſalut. 1.4.9 9.

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 6. Ch
INKUNABUŁY